Probus - In Vergilii Bucolica et Georgica
Commentarius - 1848



M. VALERII PROBI

IN VERGILII BVCOLICA ET GEORGICA COMMENTARIVS.

ACCEDVNT

SCHOLIORVM VERONENSIVM

ET

ASPRI QVAESTIONVM VERGILIANARVM FRAGMENTA.

EDIDIT

HENRICVS KEIL.

HALIS
SVMPTIBVS EDVARDI ANTON
MDCCCXLVIII.

VIRO
ILLVSTRISSIMO MAXIMEQVE REVERENDO
GABRIELI LAVREANI
BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTO
S. P. D.
HENRICVS KEIL.

Magnopere gaudeo, quod inter ea quae ex Italiae bibliothecis mecum in patriam tuleram inueni, quae ut ad Te remitterentur suo quodam iure postulabant. Nam cum Tua erga me uoluntate factum sit, ut non solum Vaticanis grammaticorum latinorum codicibus examinatis Probi commentarium inuenirem, sed etiam per ipsa feriarum otia codicem excutere possem, ingrati sane animi mihi esse uiderer, nisi ad Te nunc haec remitterem. Accipias igitur quaeso ea qua me et amicos meos, dum Romae uersamur, amplexus es comitate libellum Tua liberalitate mihi concessum, mea cura ut potui et expolitum et auctum. Nam ut eodem modo, ut dicitur, quo acceperam aut maiore, si possem, redderem, adieci scholia Veronensia ab Angelo Maio Vestro ante hos triginta annos primum edita, nunc a me

*

iterum ad fidem codicis excussa. Poterant autem aliquanto emendatiora quam a me factum est edi, si quo per Tuam beneuolentiam in Probo uti licuit otio et diligentia, licuisset in his quoque per leges bibliothecae Veronensis. Quanquam iusta laude non fraudandus est optimus capituli Veronensis canonicus, qui ut codicem se adsidente cum Maii exemplo conferre possem, magnum laborem non grauate mecum passus est. Sed cum in tam multis quas uidi Italiae bibliothecis nunquam non liberaliter, ut quidem uniuscuiusque ciuitatis instituta patiebantur, ab iis qui libris manuscriptis praeerant exceptus sim, nullum tamen inueni, qui studia mea cum tam grauiter impedire posset, tam liberaliter adiuuaret, quam a Te in bibliotheca Vaticana fieri animaduerti. Quam quidem morum elegantiam cum saepe in Te mirari soleo, simul dulci delector suauissimarum confabulationum memoria, cum aut de Tuis nostrisque studiis nobiscum colloquebare, aut de rebus Romanis narrabas, aut de patriae nostrae moribus et institutis e nobis quaerebas. Haec igitur mecum reputans, exiguam gratiam hoc pusillo dono Tibi rettulisse mihi uideor. Tu autem, Vir Egregie, litteris nostris, quarum larga copia in locupletissima cui praees bibliotheca parata est, faue ut facis. Vale. Scribebam Halis Saxonum Idibus Ianuariis a. MDCCCXLVIII.

Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarium primus edidit Ioannes Baptista Egnatius Venetus. Cuius editionis hic est titulus: *Publii Vergilii Bucolica, Georgica, Aeneis cum Seruii commentariis accuratissime emendatis, in quibus multa quae deerant sunt addita, graecae dictiones · et uersus ubique restituti. Sequitur Probi celebris Grammatici in Bucolica et Georgica commentariolus non ante impressus. Ad hos Donati fragmenta, Christophori Landini et Antonii Mancinelli commentarii.* In fine libri: *P. V. Bucolica et Georgica et Aeneidos libri XII, Venetiis excusi M. D. VII. Die ultimo Iunii. Lauretani Principis Anno Sexto. Bernardinus Stagninus Impensam fecit, Ioannes Baptista Egnatius Venetus Emendauit.* Repetita est editio eodem titulo, et ita ut singuli utriusque libri uersus sibi respondeant, Venetiis a. 1520. De Probo autem in praefatione *In Bucolicis*, inquit, *quod ad Probi commentariolum attinet, secuti sumus uetustatem illam, quemadmodum ex uetustissimo codice manu scripto Bobii quondam a Georgio Merula inuento adnotauimus.* Hanc editionem aliis pro arbitrio mutatis, aliis neglegenter omissis, paucis probabiliter emendatis secuti sunt reliqui editores, codice manuscripto autem post Egnatium usus est nemo. Saepe enim postea cum Vergilii carminibus Probi commentarius editus est. Et in prioribus quidem editionibus xigua est et in minutis fere rebus a principe editione di-

uersitas, ut p. 12, 9 *transmittantur* Parisina a. 1529 et Veneta a. 1533 habent, *transmittatur* ed. pr. p. 18, 23 *requiremus* eaedem, *requirimus* ed. pr. p. 18, 7 *stellis micantibus* Veneta a. 1533, *stellimicantibus* ed. pr. et Parisina a. 1529 p. 26, 23 *in oraculo* Veneta a. 1533, *in hoc oraculo* ed. pr. p. 29, 28 *appellari uidentur* Veneta a. 1533, *appellati coluntur* ed. pr. Plura primus mutauit Georgius Fabricius, cuius usus sum editione a. 1561, expressa ut uidetur e priore a. 1551. Qui quanquam non satis certo scio quantum a prioribus sumpserit, quoniam mediocrem tantum antiquarum editionum numerum, quem bibliotheca Gottingensis praebuit, examinare potui, suspicor tamen e cura Donato et Seruio impensa etiam ad Probum aliquid redundasse. Ille igitur non solum scholia nonnulla omisit, ut ea quae sunt in Georg. 2, 2. 8. 16. 18. 64—87. 3, 122, sed multa etiam aliter atque in prioribus editionibus inuenerat scripsit, ueluti quod p. 27, 13 *prius* posuit pro *primus*, p. 28, 21 *utilis* pro *utilior*, p. 36, 6 *locus continens* pro *locum continentem* *), p. 40, 23 *Ea pars* pro *eaque pars*, p. 41, 21 *aerem et humorem* pro *aerem: nam et humorem*, 22 *plaga australis* pro *plaga latine australis*, 26 *longe segregatur* pro *longe a sole segregatur*, p. 42, 4 *in aliquibus inhabitari* pro *ab aliquibus inhabitari*, 5 *qui hic declarantur* pro *qui hoc declarant*, p. 62, 6 *Theodorus* pro *Theocritus*: cuiusmodi multa sunt, et in his complura, quae recte emendauisse iudicandus est, ut p. 32, 11 *in horto Ditis* pro *in horto dicitur*, p. 33, 20 *solam* pro *solum*.. Sed haec quidem leuiora, maius est illud, quod scholion Ecl. 3, 22 p. 8, 12 in hunc modum contraxit: *Conon Samius mathematicus, aut Aegyptius natione, Ptolemaeo libros de astrologia septem reliquit. Sed quamuis fuerint mathematici, eleganter rusticum errantem inducit, dicentem, Quis fuit alter? Alter enim accipitur unus ex duobus. Porro alterum post Cononem, quem dicat incertum est* sqq: cum

*) Ego lacunam constitui, quae ita fere expleri poterit: *Dodona. Locum continentem quercus dicit, unde Dodonaea quercus quae continetur erat dicta.* De metonymia enim cogitauit grammaticus.

princeps editio haec ita exhibeat: *Conon Samius mathematicus. Sed quamuis fuerint mathematici eleganter rustieum errantem induxit dicentem Quis fuit alter. Alter accipitur unus ex duobus. in alio sic Conon mathematicus aegyptius natione Ptolemeo ad sidotis libros de astrologia septem reliquit. Alterum post Cononem: quem dicat incertum est* sqq. Praeterea conferas p. 50, 23 *sed gigantis nomine Clanius dictus est. Ideo autem dicit (Vt Metrodorus ait) non aequus Acerris, quod eas saepe inundet*, quae ita in principe editione: *sed gigantis nomine Clanius dictus est: ideo dicit: ut Metrodorus ait. Non aequus autem idcirco Acerris existimatur: quod eas saepe inundet.* Fabricii editionem expresserunt quicunque deinde Probum ediderunt. Nonnulla tamen etiam post eum accesserunt, quae nescio a quo inuenta in editione Gottingensi a. 1826, quae est omnium nouissima, habentur, ut p. 27, 2 *secedentem* in illa est, cum priores editiones habeant *sedentem*, 20 *certa*, pro *certis*, p. 28, 11 *animalium materia liquore constat et ea praecipue etiam effusa in terram causa est generationis* pro eo quod antea legebatur, *animalium materia liquore constat et ei praecipue effusa etiam in studium constat et generationes.* Ita igitur factum est, ut per uarios gradus a principe editione scriptura deflecteretur. Qua in re cum omnia sine libris manuscriptis agerentur, non poterat non uehementer a uero aberrari. Quanquam haec quidem exigua corruptio, si comparaueris cum illa quam ipsam principem editionem contraxisse ostendunt codices manuscripti.

Duo autem supersunt codices, alter Vaticanus 2930 *), chart. 4. saec. XV, a me cum Gottingensi editione collatus, alter Parisinus Regius 8209 4. saec. XV, quem ad nouam editionem parandam describendum curauerat Laurentius Santenius: quod apographum nunc seruatur in bibliotheca Berolinensi Diez. Sant. 71. Praeterea ex eodem codice

*) Continet codex ante Probum haec (f. 1—100): Palephati Fragmenta. — Genera poetarum ex Ceci in Lycophronem. — Victorini opusculum. — Ex epistolis Cassiodori.

quaedam edidit Fr. Duebnerus, Revue de philologie I, 1 et II, 1. His igitur codicibus, quorum alter alteri simillimus est, cum principe editione collatis, facile mihi persuasi communem omnium fontem esse codicem Bobiensem ab Egnatio exscriptum.

Nam quod magnopere interdum Egnatii editio ab utroque codice discrepat, id quod mouit Santenium et Duebnerum, ut Parisinum codicem diuersissimum esse a Bobiensi illo dicerent, dubitari nequit quin Egnatii emendandi studio tribuendum sit. Quod quo iure dixerim e codicum scriptura quam exhibui iudicare licet. Certum autem eius rei documentum habeo ea quae, cum corrupta Egnatio uiderentur, ipse corrigere studuit: uid. quae ad p. 2, 1. 10 et p. 3, 7 notaui: et ut in eo loco e quo saepius exempla petiui subsistam, coniecturam, non alium fontem indicant haec, quod p. 41, 14 *quoniam et ipsa pars temperata inter aestiuum: et isomerinem posita est* scripsit pro *quoniam et ipsa pari temperatura inter νότον et meridiem posita est* et p. 43, 15 *in illa zona uoluerit aurum clypeo superponere* pro *in illa zona inuoluerit, ut aurum clipeo superponeret*. Non minore licentia in eodem loco usus est, cum uerba ita transponeret, ut post p. 39, 28 *tenebrae* subiceret p. 40, 16 *Quinque tenent* — p. 43, 16 *superponere*, deinde ordine iterum mutato repeteret quae ante omiserat p. 40, 5 *hic flexu* — 16 *fiat in alio sic* et p. 39, 29 *aut redit nobis* — p. 40, 5 *occasum esse maximus*. Praeterea autem neglegenter in codice describendo uersatus est. Nam ne dicam de eo, quod singula uerba saepissime omisit aut aliud pro alio posuit, cum scholia in fine Georgicorum libri secundi, tertii, quarti praeter ordinem addita ad suum quodque uersum apponeret, factum est, ut nonnulla omitteret, ut Georg. 3, 129 et 264 p. 64, 4—18. Denique, siue neglegentiae tribuendum est, siue quod scheda in codice tum cum Egnatius eo utebatur deerat, omnia quae a p. 21, 7 *rerum* usque ad p. 24, 3 *Terei et sic* scripta sunt omisit.

Ex eodem Bobiensi codice, neque enim credo alium ad posteriorem aetatem peruenisse, profecta sunt ea quae sae-

culo quinto decimo ab Italis e Probi commentario allata sunt. E quibus primo loco nominandus est Cynthius Cenetensis*), cuius *in Virgilii Aeneidem commentarium e codice Ambrosianae bibliothecae adiectis uariorum notis* editum est *Mediolani* 1845. In eo igitur complura e Probo petita posuit, rarius addito nomine auctoris, Aen. 2, 691 p. 59 ed. Med. coll. Prob. p. 14; Aen. 6, 724 p. 139 coll. Prob. p. 16, saepius omisso, ut tamen de fonte dubitari nequeat, uit. Verg. p. 1 coll. Prob. p. 1; Aen. 2, 116 coll. Prob. p. 4; 2, 687 coll. Prob. p. 14; 6, 724 p. 138 coll. Prob. p. 13 et 21; ibid. p. 139 coll. Prob. p. 16. 17. 19. Deinde Antonius Mancinellus Veliternus, cuius in Vergilium adnotationes exstant in editione Veneta a. 1507, multa e Probo petiuit addito plerumque nomine auctoris. Praeterea Bernardinum Cyllenium Veronensem, Tibulli interpretem, Probi codicem habuisse comperi ex iis quae ex eius in Tib. IV, 1, 13 adnotatione de Molorchi fabula Naekius opusc. II, p. 120 ascripsit. Nemo autem saepius Probo usus est, quam Pomponius Sabinus, quem cum Naekius opusc. I, p. 119 sqq. non diuersum esse a Pomponio Laeto docuisset, haesit tamen quaedam dubitatio, quod non solum alia rectius quam in Probi commentario, alia quae ibi deerant eius nomine tradidit, sed complura etiam eaque satis exquisita, quae unde petiuerit nesciebatur, memoriae prodidit (cf. Otto Jahn Philol. I, p. 119). Nunc autem feliciter accidit, ut Vaticano Probi codice omnis res in clariore luce ponatur. Primum enim ea quae maxime ut antiquus scriptor esse Pomponius Sabinus a multis crederetur efficiebant, e Probi codice, quem habebat iis quae postea edebantur et emendatiorem et pleniorem, ducta esse apparet. Deinde autem, cum ipsum Vaticanum librum Sa-

*) „*Cynthius natus est Cenetae, quae est urbs amoenissima et illustris Italiae superioris. — Proprium Cynthii nomen fuit Petrus Leoni: ortus est enim circa medium saec. XV ex nobili Cenetensi familia Leoni.*" Philippus Articus append. ed. Mediol. p. 261. Pii II aequalem eum fuisse dicit Lilius Gyraldus dial. 1. Ceterum in iis quae ad Probum ex Cynthio ascripsi primi et secundum tantum libri commentarii a Maio Class. Auct. VII, p. 323—394 editi praesto erant.

bini codicem esse suspicarer, Brunnius meus, qui me rogante cum Pomponii Laeti schedis et codicibus, quorum satis magnus numerus in Vaticana bibliotheca seruatur, eum comparauerat, ita similem esse scripturam certiorem me fecit, ut codicem a Pomponio Laeto scriptum esse affirmare non dubitaret. Vnde sequitur, ut eundem esse Pomponium Laetum atque Sabinum, hunc autem quae a Probo petiuerit e Vaticano codice hausisse uerisimile sit. E Sabini commentario autem fluxisse uidentur quae e Probo excerpta habet Christophorus Landinus in Ecl. 1, 1; Georg. 1, 1. 491; 2, 1. 84. Nam et plura attulisset si ipse Probi codicem habuisset, et uix fieri potuit, si unquam Florentiae codex exstitisset, quin plura exemplaria inde describerentur. Denique codicem habuerit necesse est Ausonius Popma. Nam in fragmento Dolii Varroniani, quod est apud Probum p. 18, 4, uerba corrupta *postumi cui seplasia foetet*, quae in principe editione omissa erant, ipse addidit, quae non poterat nisi e libro manuscripto petere. Idem tamen nec fragmentum Curionis antea non editum p. 21, 8 nouit, nec reliqua fragmenta Varroniana emendatiora quam in editionibus exstabant exhibuit. Ex remotiore autem aetate originem duxerunt ea quae in Gaudentii, Galli, Iunilii Flagri aliorumque scholiis partim e codice Bernensi a Muellero editis Rudolphipoli 1847, partim e Leidensi a Suringaro Hist. crit. schol. lat. II, p. 272 sqq. e Probi commentario profecta sunt, cf. Ecl. 3, 40. 63. 109; 6, 41. 43. Georg. 1, 6. 9, et quae ex alio codice Leidensi attulit Suringarus p. 267.

Itaque cum summa rei in eo posita esset, ut codicis Bobiensis scriptura restitueretur, tres parati erant fontes, codices Vaticanus (*V*) et Parisinus (*P*) et editio Egnatii (*E*). Quibus ita usus sum, ut codicum discrepantiam integram praeter leues quidem scribendi errores, quos in recentibus libris adnotare inutile est, ascriberem, Egnatium autem ibi tantum consulerem, ubi aut dubitabam, utrum codicem sequerer, aut corruptam uterque scripturam praebebat. Et in illis quidem plerumque momentum adiciebat ei cum quo consentiebat codici: in iis autem quae corrupta erant raro aliquid praebebat, quod aut in Bobiensi codice fuisse

probabile esset aut, si modo ab interpolatione recesseris, coniectura inueniri non potuisset. Praeterea graeca uerba, quae saepe in codicibus omissa erant, e principe editione dedi. In Parisino codice usus sum apographo Berolinensi, addito si quando dissentirent ea quae Duebnerus adnotauerat. Ceterum cum id agerem, ut ad Bobiensem codicem scriptura reuocaretur, coniecturas ibi tantum ubi certa erat emendatio recepi, alia corrupta quidem, sed ita restituta, ut in illo codice scripta erant indicata interdum probabili emendatione reliqui. Schneidewini coniecturae quas ascripsi petitae sunt e Museo Rhenano a. 1845 Vol. IV, p. 140 sqq. Duebneri ex Annalibus Parisinis Rev. de phil. l. c.

Probi commentario subieci scholiorum fragmenta ab Angelo Maio in codice Veronensi reperta et Mediolani a. 1818 edita, repetita deinde Class. Auct. VII, p. 247 sqq. Est autem codex in quo illa repererat bibliothecae capituli Veronensis n. 38, olim ut uidetur Bobiensis, memb. 4. saec. IX, Gregorii in Iobum enarrationes, ut Maius ait, continens. In hoc igitur posterior membranarum pars cum deleticia sit, antiquiore scriptura continet Vergilii, Liuii et geometri inediti fragmenta, cf. Blum. It. Ital. I, p. 263. Ad Vergilium autem una et quinquaginta schedae pertinent, quae secundum membranarum quae nunc in codice est compagem, binis tamen quae inter se cohaerent compositis, hoc ordine se excipiunt: 1. 205 206; 2. interiora quaternionis paria tria *211 216, *212 215, *213 214; 3. interiora quaternionis paria tria 219 224, * 220 223, 221 222; 4. interiores quaternionis schedae quinque: primi paris enim scheda altera deest, 227, 228 231, 229 230; 5. interiora quinionis paria quattuor 234 241, 235 240, 236 239, 237 238; 6. quaternio 243 250, 244 249, * 245 248, * 246 247; 7. quaternio * 251 258, * 252 257, * 253 256, 254 255; 8. quaternio 259 266, * 260 265, * 261 264, * 262 263. Asteriscis ea schedarum paria significaui quae cum ad recentiorem scripturam adhibebantur inuersa sunt. In omnibus autem paginae singulae ternos denos Vergilii uersus continent amplis marginibus in quibus scholia scripta sunt et supra et infra uersus et in latere relictis. Raro etiam in quarto

margine, qui in interiore membranarum parte est, aut inter lineas scholia ascripta sunt. Vergilii carmina litteris maiusculis admodum eleganter scripta sunt, scholia multo minorem, sed eandem non minus elegantem scripturam et litterarum formam ad minusculum quod dicitur genus accedentem multis tamen e maiusculo relictis exhibent. Compendia autem scripturae ne in scholiis quidem animaduerti praeter haec tria: -b. pro -bus, q, pro que, q^{v}i, q^{v}o etc. pro qui, quo etc. Vtrumque autem, et scholia et uerba poetae, quin aut ab eodem librario aut eodem certe tempore scripta sint non est cur dubitetur. Mediae inter Vaticanum et Mediceum Vergilii codicem aetati, hoc est saeculo quarto, scripturam conuenire non improbabiliter censuit Maius, nisi quod ualde incertum de huiusmodi codicibus iudicium esse solet. Magnam autem antiqua scriptura a recentiore passa est iacturam. Nam cum uersus non transuersis chartis, sed eodem atque in antiquiore scriptura factum erat ordine ponerentur, saepe accidit ut toti uersus tegerentur. Quod cum minus obesset in maiore uersuum Vergilianorum scriptura, quae satis etiam sub recenti scriptura apparet, contra uehementer nocuit scholiis, praesertim cum recentiores litterae magnae et pingues sint, ita ut illis obductis nihil fere de minuta scholiorum scriptura cognosci queat. Deinde membranis ut ad nouum codicem accommodarentur circumcisis multa e scholiis, quae ultimos membranarum margines tangebant, perierunt. Nam non solum in superiore margine toti uersus interdum perierunt, sed exteriore etiam margine, eum dico qui inter singulorum uersuum aut initium aut finem et extremam ipsarum membranarum oram relictus est, circumciso omnes fere uersus aut in initio aut in fine aliquot litteris diminuti sunt. Denique medicamenta, quibus ad antiquam scripturam restituendam caute usus est Maius, raro membranis detrimento fuerunt.

In describendis autem scholiis ita uersatus est Maius, ut multam iis qui post eum codicem diligenter examinarent relinqueret. Nam nec lacunas, quas plurimas esse in ea quam exposui codicis condicione necesse est, ita ut de litterarum

quae deessent numero constaret, indicauit, nec scripturam codicis ubique satis accurate expressit. Immo non dubito quin otio quo in tam difficili negotio opus est concesso et pallida scriptura nouis medicamentis excitata aliquanto plura etiam quam Maius legit eruere liceat. Sed cum non solum medicamentis, quibus alios codices sibi pessumdatos esse non iniuria querebantur, membranas tangi nollent canonici Veronenses et plura omnino quam a Maio edita essent me legere uetarent, sed tempus etiam tam parce distribueretur, ut uix unam horam singulis diebus bibliotheca pateret, non potui rem ita ut uolebam et ut fieri debebat perficere. Itaque quod reliquum erat, ea quae Maius ediderat cum codice contuli, si quando plura sine magno temporis detrimento legi poterant addidi, lacunas quam potui accuratissime indicaui. Qua ratione quanquam imperfecta euasit res, tamen haud paullo emendatiora et ad usum aptiora haec scholia edere licuit. Ceterum a Vergilii uersibus, quoniam nec a Maio medicamentis tacti erant nec tempus supererat, prorsus me abstinui.

Restat ut paucis de nouae editionis ratione explicetur. Nam quo certius de litterarum qui aut in fine aut in initio uersuum perierunt numero constaret, cum alia membrana magis quam alia circumcisa esset, numeros quibus ordo membranarum in Veronensi codice indicatus est in margine apposui, ita ut numero simpliciter posito recta membranae pagina, in qua finis uersuum obtruncatus est, indicetur, asterisco addito uersa, in qua lacuna initium uersuum hausit. Qua in re si quando una tantum pagina indicata est, altera scholiis uacat. In iis tamen membranis quae in Veronensi codice inuersae sunt, rectam paginam dico eam quae in antiqua scriptura recta est, non quae in recentiore. Deinde cum ad lacunarum magnitudinem aestimandum non minus intersit scire quo loco in singulis membranis unumquodque scholium positum sit, litteris *abcd* in eodem margine additis ita ea quae singulis paginis continentur distinxi, ut *a* ea quae in superiore margine scripta sunt indicet, *b* quae in inferiore, *c* quae iuxta uersus poetae siue in exteriore siue in interiore margine posita sunt, *d* ea quae inter lineas

a
b.
c
d

ascripta. E quibus plurima sunt ea quae e superiore et inferiore margine petita sunt, quoniam uersus ibi positi, si modo totam membranarum latitudinem aequant, sexaginta fere aut octoginta litteras continent, pauca ex iis quae medium inter uersus Vergilianos locum occupant accesserunt, ex exteriore autem margine, non omnia quae codex praebuit recepi. Nam cum breuissimi essent uersiculi, aliquot litteris circumcidendo amissis factum est, ut tam pauca restarent, nihil ut inde effici posset. Quare ex huiusmodi scholiis praeter ea quae Maius ediderat pauca tantum exempli potius causa, quam quod aliquam utilitatem haberent, addidi. Ad interiorem autem marginem si quae pertinebant, quae paucissima erant, in notis indicaui. Praeterea cum interdum fieret, ut quae Maius legerat mihi non amplius apparerent, nec possem ubique in huiusmodi locis morari, dum omnia perspicerem, tamen haec praetermittere nolui, sed ne cum iis quae mea fide niterentur confunderentur uncis quadratis inclusi: contra si quae mihi ipsi probabilia potius uidebantur quam certa, uncos rotundos apposui. Denique lacunas partim expleui, partim lineolis interpositis indicaui, partim punctis. In explendo autem eam secutus sum rationem, ut et alio litterarum genere mea uerba a codicis scriptura discernerem uel si graeca essent, ut p. 71, 2, interstitio relicto, et litterarum perditarum numerum supplemento aequarem. Nam in iis quoque quae simul cum marginibus membranarum abscissa erant saepe, si in uno uersu certum erat supplementum, definiri potuit quot litteras reliqui perdidissent, (cf. p. 72, 7). Punctis ubi usus sum, singulis punctis singulae litterae significantur. Linearum autem duplex genus est, alterum breuius, longius alterum. Et longiores quidem lineas ita posui ut quaque linea quartam uersus partem significarem. Quae quanquam minus certa est indicandi ratio, tamen plenis uersibus qui proxime aut antecedunt aut sequuntur comparatis litterarum numerus fere definiri potest. Neque enim poteram ubique numerare litteras, quas deesse probabile erat. Si quando autem duas uel tres lineolas in totis uersibus posui, integram lineam non expleri indicium est, ut p. 78, 11 et 12, qui uersus dimidiam membra-

nae partem occupant. Breuiores autem lineas posui ubi minus quam quartam partem abesse indicare uolui, maxime in iis quae in initio et fine uersuum abscissa sunt. Omnino autem saepius quam feci supplementa addidissem, si ita codicem excutere licuisset, ut ubique quid legi posset, quid oblitteratum esset, definire possem. Maxime enim in iis locis incertum erat supplendi negotium, in quibus cum plura quam ipse perspicere poteram, legisset Maius, nec sequi illum tutum erat, nec reicere ea quae legere sibi uisus erat. Quod inprimis in Sabidii fragmento expertus sum, in quo quanquam uidi rem non satis feliciter agi posse, nolui tamen supplementa omittere, ut iis quoque qui non in uniuersam codicis indolem inquisiuissent de lacunis constaret.

Alia Vergilii fragmenta rescripta cum scholiis lineis interpositis in codice Arundeliano Musei Britannici n. 30 exstare narrat Pertzius Archiu. IX, p. 497.

Quae tertio loco posui Aspri fragmenta Friderico Blumio debeo, qui schedas a F. H. Knustio e codice rescripto Parisino Regio, olim Corbeiensi, descriptas et cum reliquis quae ex eodem codice ille descripserat ad eos qui Monumentis Germaniae edendis praesunt delatas ad me misit. De codice exposuit Blumius Reccaredi antiqua legum collect. p. III sq. Scholiorum autem Vergilianorum specimen inde ediderunt Benedictini Nouv. Trait. de Dipl. III, tab. XLII, quod repetiit Maius inter Scholia Veronensia p. 48; nuper alterum specimen edidit Blumius l. c. p. XXIV. Scripturam ad tertium genus uncialis minoris, quod dixerunt, Benedictini rettulerunt et saeculo secundo uel tertio tribuendam esse indicarunt l. c. p. 125. Mihi tamen ex specimine ab iis proposito tutius uidetur inter eos libros codicem referre, de quorum aetate nihil fere confirmari potest, nisi quod saeculo sexto antiquiores eos esse certum est. Accepi igitur decem schedas his numeris insignitas 100, 101, 113, 114, 119, 120, 127 col. 1, 127 col. 2, 128 col. 1, 128 col. 2. E quibus sex priores integram membranarum longitudinem seruauerant, ut uicenos quinos uersus continerent, quattuor posteriores autem quinis uersibus in initio paginae abscissis uicenos tantum uersus referebant. De ordine autem quo in

antiquo codice haec fragmenta se excipiebant hoc dico. Cum numeri paginas codicis Parisini indicare uideantur, praeter paginas 100 et 101, quas, nisi in numeris erratum est, in duabus schedis positas fuisse necesse est, quattuor schedas antiqui codicis superesse apparet. Paginae enim 127 et 128 cum binas columnas quae dicuntur contineant, in antiquo codice duae schedae inter se cohaerentes, hoc est membrana ita plicata, ut schedarum par efficeretur, fuisse uidentur. Atqui cum paginam 128 *a* a pagina 119 excipi continuitas uerborum doceat nec 128 *b* a pagina 114 disiungi propter sententiarum connexum possit, sequitur, ut de hoc bipertito ordine constet 127 *b* 128 *a* 119 120 et 113 114 128 b 127 a. De eo tantum dubitari poterat, utra membranarum pars priorem locum occupasset. Ego a pagina 113 initium feci, quia, si illa post paginam 120 posita esset, uix fieri posse uidebatur, quin quae in hac *de generalibus et specialibus* disputari coepta erant continuarentur in initio illius. Itaque hanc constitui membranarum compagem

113 114
128 *b* 127 *a*
127 *b* 128 *a*
119 120.

In fine addidi paginas 100 et 101., quae quo loco positae fuissent definiri non potuit.

Ceterum res difficillima erat ea quae in schedis ualde corrupte descripta acceperam recte legere. Nam cum in uersibus Vergilianis, e quibus maxima horum fragmentorum pars constat, praeter duo uel tria uocabula primis tantum litteris reliqua in codice significata essent, non solum in singulis litteris saepe erratum erat sed ea etiam quae plene scripta sunt ita corrupta erant, id quod in huiusmodi codice facile fieri potuit, ut interdum quid in codice scriptum esset ne coniectura quidem assequi liceret. Sin tantum de codicis scriptura seruatum erat, ut uersus Vergilii quem grammaticus posuerat e litterarum stribligine erui posset, facile erat reliqua emendare. Itaque in iis quae ita restitui schedarum discrepantiam, siquidem non codici, sed ei qui codicem descrip-

scripserat tribuenda erat, non addidi. Ea autem quae corrupta, ut in schedis legebam, relinquenda erant partim diuerso litterarum genere distinxi, partim in adnotationem reieci.

De ipsis autem fragmentis cum magnam opinionem excitaret Aspri nomen singulis schedis ita ut expressi praefixum, uerborum argumentum magnopere fefellit exspectationem. Exempla enim elocutionis Vergilianae sunt a solitis artis grammaticae legibus, ut quidem illi uidebatur, aliena, eaque tam inconsiderate composita, ut nullam ad interpretationem Vergilii utilitatem habeant. Edidi igitur non tam propter rerum grauitatem, quam propter Aspri nomen. Nam ad Aemilium Asprum, celebrem Vergilii interpretem, haec pertinere imprimis ostendunt ea quae p. 112, 8 de Aen. 9, 359 dicta sunt: eadem enim ratione in scholiis Veronensibus p. 100, 20 sqq. praeposito Aspri nomine uersus explicatur. Item quae de accusatiuo casu cum uerbis intransitiuis iuncto narrantur p. 114, 14 sqq. similiter leguntur schol. Veron. p. 73, 8 et quae de numerorum usu minus accurato item schol. Veron. p. 104, 13. Itaque quaestionum grammaticarum specimen habemus futile quidem, sed idem antiquum et quod exemplo antiquissimorum grammaticorum commentandi genus demonstret.

I.

M. Valerii Probi

in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius.

P. Vergilius Maro natus idibus Octobribus Crasso et Pompeio Consulibus matre Magia Polla, patre Vergilio rustico uico Andico, qui abest a Mantua milia passuum XXX, tenui facultate nutritus. Sed cum iam summis eloquentiae doctoribus uacaret, in belli ciuilis tempora incidit, quod Augustus aduersus Antonium gessit, primumque bellum ueteranis post Mutinense, postea restitutus beneficio Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in Bucolicis adulatur: deinde per gratiam Maecenatis in amicitiam Caesaris ductus est. Vixit pluribus annis liberali in ocio, secutus Epicuri sectam, insigni concordia et familiaritate usus Quintili Tuccae et Vari. Scripsit Bucolica annos natus VIII et XX, Theocritum secutus, Georgica Hesiodum et Varronem, Aeneida ingressus bello Cantabrico *** hoc quoque ingenti industria ab Augusto usque ad sestertium centies honestatus est. Decessit in Calabria annum agens quinquagesimum et primum heredibus Augusto et Maecenate cum Proculo minore fratre. In eius sepulcro, quod est in uia Puteolana, hoc legitur epigramma:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

M. VAL. PROBI *V*, Valerii Probi in Buccolica et Georgica Vergilii commentariolum *P*, PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARII *E*.

1. P. *om. P.* eidibus *V.* octobr. *V*, octobris *P.* 2. Mahia *P.* 6. primumque post Mutinense bellum ueteranis *E*, *fortasse* primumque post Mutinense bellum ueteranis agri eius distributi sunt, postea. 7. albeni *V.* 12. octo et triginta *P.* 14. hac *P. De lacuna, quam constitui, cf. Donat. uit. Verg.* 18. In *om. VPE.* cuius *VP*, quoius *E.* 21. pascua rura duces *PE*, *Donat. uit. Verg.*, *Cynthius Cenetensis Mai script. class. VII. p.* 323: pascua poma phruges *V.*

Aeneis seruata ab Augusto, quamuis ipse testamento damnat, ne quid eorum, quae non edidisset, extaret, quod et Seruius Varus hoc testatur epigrammate:

Jusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat Varusque simul, tu maxime Caesar
Non tibi, sed Latiae consulis historiae.

Bucolicorum omnis origo triplex fertur: primum a Lacedaemoniis. Nam cum Xerxes Graeciam adfectaret et terribilis esset, relictis ciuitatibus omnes in deserta loca Graeciae refugerunt: post cum apud Marathonem uictus recessisset, Lacedaemoniis reuersis in Peloponnesum religiosior fuit cura Dianae Caryatidis colendae. Nam forte ipso die reuerterunt in patriam suam uictores, quo fieri sacra eidem deae competebat. Sed quoniam praesentia uirginum deesset, quae ea celebrare consueuerant, ne sacrificium intermitteretur, pastores ex uicinis agris contraxerunt, et per eos sacra expedierunt adhibitis carminibus etiam rusticis. Ritum autem sacrorum bucolicon appellarunt, non quoniam soli boum pastores ibi fuerint, sed quoniam boues pecora praestarent magnitudine. Hoc idem carmen et astrabicon dictum est ex forma, qua aduecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem astrabae uehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι: quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi uehiculis inducit. Altera causa ad Siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidem Syracusis lue pecora interibant: quibus refouendis uotum fecerunt, eiusque uoti compotes templum Dianae instituerunt, quam Lyacam uocaue-

1. *fortasse* damnauerit: cauisset *E.* 2. quae] quod *V.* et *om. P.* 3. Seruios Varos *V.* 5. phresgum *V.* 9. Graecias *P.* 10. Graeciae in deserta loca *VP*, omnis Graeciae gens in deserta loca refugerunt *E.* 12. in *om. VP*, *addidi ex E.* 16. consueuerat *P.* 18. etiam] et *P.* 20. pastores boum *P.* fuerint *editores*, fuerunt *VPE.* 23. astraba *VPE.* *παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι E*, *παραι το στρεφευθαι*, *i. m. παραι τὸ μει στεφευσθαι* quia non torquentur huc illuc *V*, *παραι μη στρεφευθαι P.* 25. uehiculi *V.* 26. Gelonis] *Diomed. p.* 447 *Gaisf. Antequam Hiero rex Syracusas expugnaret.* interimebant *V.* 28. Lyaeam *editores, cf. Diomed. l. c. Lyen cognominauerunt quasi solutricem malorum.* Lymacam *VP*, Lyacam *E.*

runt, propter quod malis essent absoluti. Ad eius dedicationem plurimi pastores confluxerunt cum utribus uino plenis et panibus figuras ferarum uel pecorum referentibus, iique instituerunt, ut ii qui conuenerant laudes deae dicerent certato, qui eas rectius prosequeretur, contenderent autem in ea forma ornati, ut cornua fronti adiuncta taenia obligarent cum utre et reticulo, quo panificia haberent, et qui uicisset praemium haberet, quodcunque is qui uictus erat contulisset: permissumque, ut inde exirent, et quibus cantauerant, iisdem illis fausta ominarentur. [Quod genus religionis hodie conuersum est in quaestum. Iidem sunt enim, qui bucolistae nominantur.] Tertia opinio ad eosdem Siculos pertinet, sed ex alia ratione. Nam Orestes post parricidium furens responso didicit, quod deponeret furorem ita demum, si reperta sorore Iphigenia ablueretur [fluuio, quod septem fluminibus confunderetur]. Diu uexatus cum Tauricae Iphigeniam reperisset, uenit ad fines Rheginorum ibique inuento flumine elutus traiecit in Siciliam, et iuxta Syracusas somnio admonitus simulacrum deae, quod secum de Taurica aduexerat, templo posito consecrauit, quam appellauit Facelitim siue quod fasce lignorum tectum de Taurica simulacrum extulisset. Eius deae nomen breui adprobatum, propter quod plurima pecora muneri quisque conferebat. Quae cum incrementassent, non defuerunt qui gratuitam custodiendis operam adhiberent, contenti tanquam mercede fructu casei uel lactis. Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Ore-

2. pastores *om.* *V*. 4. institnerunt *E*, instituerant *VP*. 6. *fortasse* in eam formam. iuncta fronti *P*. 7. haberent cunque et — quod is *VP*, haberent cum claua et — quod is *E*. *cf. Diomed. p.* 448 *et περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν Theocr. p.* 4 *ed. Wuest.* 9. certauerant *editores*. 10. Quod — nominantur *om. VP: dedi ex E. cf. Diomed. l. c.* 13. ex] et *P*. 15. fluuio — confunderetur *om. VP: dedi ex E.* 16. cum a Taurice J. repetisset *P*. 19. Taurice *VP*. 20. Sacelitim *corr.* Facelitim, *i. m.* Facelitim in antiquo *V*, Facelitem *P*, Fascelitim *E*: *fortasse* Facelitim siue Facelinam quod, *cf. Cynth. Cenet. p.* 371 *templum illi erexit cum titulo Dianae Phascelitis siue Phascelinae, quia simulacrum eius auectum fuerat in fasce, ut alii uolunt a face.* 21. Taurice *VPE*. 23. numeri *V*. consecrabat *V*. 25. mercedem *VPE*.

stes, Varro meminit Humanarum XI sic: Juxta Rhegium fluuii sunt continui septem Latapadon, Micodes, Eugiton, Stracteos, Polie, Molee, Argendes. In his matris nece purgatus dicitur Orestes, ibique ahenum eius diu fuisse ensem et ab eo aedificatum Apollinis templum, e cuius luco Rheginos, cum Delphos proficiscerentur, re diuina facta lauream decerpere solitos, quam ferrent secum. Item Cato Originum III: Thesunti Tauriani uocantur de fluuio, qui propter fluit. Id oppidum Aurunci primo possederunt, inde Achaei Troia domum redeuntes. In eorum agro fluuii sunt sex, septimus finem Rheginum atque Taurinum dispertit: fluuii nomen est Pecoli. Eo Orestem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum uenisse, et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem uiderunt, quem Orestes abiens reliquisse dicitur. Facelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio satirarum meminit sic:

Et saepe quod ante
optasti freta Messanae, Rhegina uidebis
moenia, tum Liparas, Facelinae templa Dianae.

Carmen bucolicum legem habere uidetur, uti uersus eius quartus pes partem orationis finiat, quod Theocritus custodiuit. Nam Vergilius in primo uersu attendit, sequentem protinus alia forma fecit. Bucolica Theocritus facilius uidetur fecisse, quoniam graecus sermo sic uidetur diuisus, ut Doris dialectus, qua ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei qui pastores inferebat ea lingua

2. Micodes *suprascr.* Micos *V*. 3. Molee *om P*. Argeades *P*. 4. et] ut *V*. 5. e *om V*. luco *Schneidewin, Diana Phacelitis et Orestes p.* 18: loco *VPE*. 7. Thelunti *P* (Thesunti *Duebn.*), Rhegini Taurocini *E*. 8. qui] quod *P*. 9. possiderunt *V*.
12. Pecoli. Eo *Duebnerus:* Pecolieo *VP*, Paccolico *E:* Phacelini *Herm. opusc. II, p.* 73, Phacelino *Bergk ephem. antiq.* 1845 *p.* 127 *coll. Vib. Seq. p.* 16. 13. ut *V*. 14. uiderint *VPE*.
15. Fascelitis, *i. m.* Facelitis et post faceline in antiquo codice fuit. S. *V*, Facelites *P*. 18. messanam *i. m.* messanae *V*, messana *P*. reginam *corr.* regina *V*. 19. fascelinae *V*. 22. sequens *P*. 23. alia forma *E*, aliam formam *VP*. 24. quoniam] quam *P*. graecis *V*. 25. dialectos *P*. quam *V*. habeantur *V*. 26. ergo fuit *P*.

disputasse. Vergilio tanto factum opus maius, quanto una lingua loquens sensus rusticos aptare elaborauit sine reprehensione sermonis. Sunt quaedam propria, heroico carmini sublimia, sed in bucolico humilia, quae apte diuisisse Vergilius notatus est. Nam cum Aeneas gratias Didoni ageret eiusque se, quamdiu natura rerum stetisset, memoriam habiturum confiteretur, sic ait:

In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae
lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet.

Sic et Tityrus, cum beneficiis Augusti gratias ageret, rerum naturae perpetuitatem congruentibus sensibus tractauit sic:

Ante leues ergo pascentur in aequore cerui
et freta destituent nudos in litore pisces.

In hoc etiam carmine quosdam uersus posuit, qui possent heroico carmini aptari, ut sunt:

Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis
ecce ferunt nymphae calathis, tibi candida Nais
pallentes uiolas et summa papauera carpens,
narcissum et florem iungit bene olentis anethi,

et quoniam intellegebat sublimius se dixisse, nouissimum uersum attenuauit, quo rustico sensui carmen aptius fecit. Vergilius autem, ut Bucolica scriberet, causam eiusmodi habuit. M. Antonius Octauiam, sororem Augusti, habebat uxorem et prouinciam sortitus est Aegyptum. Vbi cum Cleopatram adamasset et uxorem duxisset repudio Octauiae dato et speraret de imperio Alexandriae constituendo, hostis publicus appellatus est. Quem persecuturus Augustus exercitus in orientem ducebat cumque bello superauit apud Actiacum Apollinem. Italiae ergo ciuitatibus diuersas partes sequentibus Cremonenses et Mantuani neutri sunt auxiliati: sed hoc Augustus indignatus ueteranis, quorum operam in bello habuerat, agros Cremonensium diuidi iussit et si non suffecissent, Mantuanos adiungi. Vnde factum, uti Vergilius quoque agros amitteret, quos sexaginta ueterani acciperent.

3. carmini] sermoni *P*. 4. buccolica *P*. 10. diceret *P*. 13. aethere *PE*. 22. sensu *P*. 28. persecutus *V*. 30. diuersas *E*, aduersas *VP*.

Sed insinuatus Augusto per Cornelium Gallum, condiscipulum suum, promeruit, ut agros suos reciperet, et eo facto concitauerat in se ueteranos adeo, ut a Milieno Torone primipilari paene sit interfectus, nisi fugisset, ut contestatur ipse, cum ait:

Quod nisi me quacunque nouas componere lites
ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
nec tuus hic Moeris nec uiueret ipse Menalcas.

Gratias ergo agens Augusto, quod recepisset agros, Bucolica scripsit, sed non eodem ordine edidit, quo scripsit. Est enim ecloga, qua ereptos sibi agros queritur, sic inchoans: Quo te, Moeri, pedes? an, quo uia ducit, in urbem? et ea posita est in penultimo. At prius fuit queri damnum, deinde testari beneficium. Ergo praeponi illa ecloga debuerat, et sic haec substitui, qua gratias agit. Sed Vergilii consilium hoc fuit: ne offenderet imperatorem, cuius saeculo librum legendum praebebat, maluit instare testimonio. Nam ipsa ecloga, quae de damno refert, nec in ultimo posita est, ne uel sic insigniter legeretur. Plerumque enim quae in medio ponuntur inter prima et ultima delitescunt. Qua pronuntiatione quaeque ecloga legi debeat, sic ordinabitur, quoniam in ipsis, quae cantanda putat, carminis facit mentionem, si non putat, huius omnino nominis non meminit: adeo secunda ecloga cantanda erat: ait in principio: O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Sed in tertia usque quo cantanda non fuit, praetermisit, at ubi cantandum erat:

Ab Ioue principium, musae, Iouis omnia plena,
ille colit terras, illi mea carmina curae:

et in reliquis eclogis hoc idem licet animaduertere. Nam Georgica quomodo pronuntiarentur, statim ostendit dicendo: Hinc canere incipiam, item Aeneida quoniam plasmate legi uolebat, ait: Arma uirumque cano. Tityri et Meliboei per-

3. Mileno *V*. 4. testatur *P*. 6. quacunque *E*, quascunque *VP*. 7. mouisset *V*. 8. uinceret *V*. 13. At] et *P*. 18. de *om. V*. 20. medio] ultimo *V*. et ultima *om. VPE*. 22. si quae *editores: fortasse* in illis quae. 24. adeo] ideo quia *E*. ait] ut *V*: *fortasse* ait enim. 26. tertia *E*, tertio *VP*. 28. Iouis] Ioue *V*.

sonas de Theocrito sumpsit, sed tamen ratio haec nominum est: hircus libyca lingua tityrus appellatur, nam Meliboeus cura boum diligens. Congruentia ergo pastoribus nomina, et totus liber per allegoriam intellegitur. Facit enim se esse Tityrum et Meliboeum Cornelium Gallum, qui admiretur, quod Vergilius solus agros retinuerit. Nec mirandum, quod infra senem se dicit, cum certum sit eum, ut Asconius Pedianus dicit, XXVIII annos natum Bucolica edidisse. Nam eadem licentia senem dixit, cum sit iuuenis, qua pastorem facit, cum sit urbanus, aut Tityrum nominat, cum sit Vergilius.

Omne carmen in tres characteres diuiditur, dramaticon, in quo personae tantummodo loquuntur, diegematicon, in quo solus poeta, *μικτὸν,* ubi promiscue et poeta et persona. Omnium specierum eclogas in Bucolicis posuit: dramatici erit prima Tityre, tu patulae, diegematici erit Sicelides musae, paulo maiora canamus, mixti Prima Syracusio dignata est ludere uersu.

Ecl. 2, 25. Canto quae solitus, si quando armenta uocabat
Amphion Dircaeus.

Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos. Cantando potuisse armenta uocare testantur Thebae, quas Apollonius in Argonautis a fratribus ante dictis muro esse clausas ait, sed Zethus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu euocauit, siquidem sensus animalium facilius quam saxa uincuntur. Phanocles et Alexander lyram a Mercurio muneri datam dicunt, quod primus Euianaram liberauit. Dircaeum dixit, quod Thebanus a fonte Dirce. Actaeo Aracyntho a monte amoeno

1. tantum *P.* 2. est *om. P.* *fortasse* nam hircus — appellatur, Meliboeus. 4. esse *om. V.* 7. dixit *P.* ut] tamen *V.* 8. XXXVIII *V.* 21. Thetum *V.* 22. *fortasse* natos. Amphionem autem cantando. potius se *V.* 25. muneris *V.* 26. Phanocles *Schneidewinus*, Phanodicus *Duebnerus*, Panyasis *E*, Panocus *VP.* 28. Euianaram *V*, Exianaram *P*, Cynaram *E: fortasse* ei aram consecrauit: ei aram dedicauerit *vel* ei in ara libauerit *Meineke Analect. Alex. p.* 251 *coll. Pausan. Boeot.* 5, 4: exta ei in ara libauerit *Schneidewinus.* dicit *VPE.* thebanum *P.*

Thebano, quem Actaeum dixit, non Atticum, sed quod ibi Actaeon a canibus sit laceratus.

48. Narcissus flos Eu zimades refert a Narcisso Amarynthi, qui fuit Eretrieus ex insula Euboea. Interemptus enim ab Euppo ex cruore flores, qui nomen eius acceperunt, procreauit. A pictore Narcissi floribus Erinyas, id est Furias, primas esse coronatas aiunt.

61. Pallas quas condidit arces: ab hastae quassatione dicta, id est uibratione, quod sit bellicosa. *Πάλλειν* enim quatere uocant Graeci. Haec primum aedificiorum usum inuenisse dicitur.

3, 40. Conon, Samius mathematicus. Sed quamuis plures fuerint mathematici, eleganter errantem rusticum induxit dicentem Quis fuit alter? alter enim accipitur unus ex duobus. In alio sic: Conon mathematicus, Aegyptius natione, Ptolemaeo adsiduus libros de astrologia VII reliquit. Alterum post Cononem quem dicat, incertum est, sed suspicantur Archimedem, quoniam Cononis discipulus, quidam Eudoxum Cnidium, qui de astrologia disputauerit, quidam Aratum, in quem uidetur fides nutare, quoniam Prognostica fecerit, quidam Hesiodum, quod dixerit ita: *Πληιάδων Ἀτλα-*

1. Actaeum *E*, Actaeo *VP*. 3. Eu zimaďs *V*, Euriniades *P*, Acusilaus *E*: Euanthes *Schneidewinus*, Asclepiades *C. F. Hermannus apud Schneidewinum: fortasse* ut Simonides. Amarynthi *Muellerus fragm. uett. hist. graec. p.* 102: Amaranthi *VE*, *om. P.* 4. Eretrieus *Schneidewinus*, Eretriensis *Muellerus:* Erictheus *VP*, Erechtheis *E. cf. Strabo IX p.* 404, *Steph. Byz.* Ἀμάρυνθος. Euboea *E*, Euboeia *VP*. 5. Epope *E*, *unde Schneidewinus* Epopeo: *fortasse* Ellope *cf. Strabo X p.* 445. ex cruore eius *E*. 6. procreati *VPE*. 7. aiunt *om. P.* Ab Istro Narcissi — coronatas narratur *Duebnerus coll. Joh. Natal. de coron. p.* 1014, *Schol. Oed. Col.* 683: *fortasse* a pectore, *quod est in apographo Berolinensi,* (a pictore *Duebn.*) *erat in Bobiensi, quod ortum fuerit e scriptura* quidam a pectore *ad u.* e cruore *adscripta.* 9. a uibratione *P*. 13. fuerunt *V*. 16. assiduus *P*, ad sidotis *E:* Conon Samius genere, mathematicus, stellarum peritissimus magister, uel ut alii putant, Alexandrinus, qui cum Ptolemaeo fuit. *Scholia Bernensia ed. Mueller Rudolphipoli* 1847. 17. dicit *V*. 19. disputauit *V*. 21. dixerit *E*, dixerat *V*, qui ita dixit *P*. *Hesiodi uerba dedi ex E: lacuna in VP.* ἀτλαγενάων *E*.

γενέων ἐπιτελλομενάων, quod et hic, Tempora quae messor quae curuus arator haberet.

62. Et me Phoebus Apollo, id est sol, sine quo fruges neque oriantur, neque maturentur. Laurum ei gratam accipere debemus, quod Daphnen, ut uult Parthenius in uolumine, quod ei de amantibus compositum est, Amyclesi filiam, dilexit, quam ne per uim stupraret, Iuppiter in arborem laurum conuertit.

106. Inscripti nomina regum: hyacinthus. Hyacinthus, ab Apolline adamatus propter nimiam pulchritudinem et ab ipso per ignorantiam occisus disco, conuersus est in florem, qui in se litteras habet A. I. A., ut sit uox plorantis. Quidam ex Aiacis sanguine.

4, 4. Cumaei carminis uel a Sibylla, quod Cumana et post quattuor saecula παλιγγενεσίαν futuram cecinit, uel Cumaei carminis, Hesiodi a patre Dio, qui Cumaeus fuit. Hesiodus autem in libris suis quattuor saeculorum facit mentionem.

34. Tiphys gubernator nauis Argus, Argo autem a celeritate dicta est, ut Homerus, qui Κύνας ἀργούς, id est canes celeres, dixit. Inde arguti qui multum ac celeriter loquuntur, ut arguta hirundo.

58. Pan etiam: Pan, Mercurii et Penelopae filius, fistulam carmenque composuit. Simplici significatione eadem consectatur, ut ibi

Oceanitides ambae,
ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae:

nunc casuum et generum permutatione, ut

Aerea cui gradibus surgebant limina nixaeque
aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis,

1. et hic *E*, ut hic *P*, ut hinc *V*. messes *V*. 2. curuus] quiuis *P*. 5. in *om. P*. 6. ei] et *VPE*. Anyclesi *V*, Ἀμύκλα θυγατρός *Parthen. ιε p.* 318 *ed. Mein.* 7. quanquam nec *V*. arborem *om. V*. 9. regum hiacinthus ab *P*. 11. per] propter *P*. 14. Cymaei *V*. quae *P*. 15. παλιγγενεσίαν *E*, nouam generationem *P*, *lacuna in V*. Cymaei *V*. 16. Cymaeus *V*. in *om. VPE*. 19. Κονας αρνους *V*. 27. ambae auro — ambae *om. V*.

item

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
aurea purpuream subnectit fibula uestem,

ne sit mirum hic quoque iterationem a poeta frequentatam.

6, 31. Hactenus breuiter, nunc ut omnis quaestio tractetur, quaeritur, an poeta quattuor solis et his an omnibus principia rerum conuenire confirmet, tunc deinde, an reuolutis super eadem re sensibus paria percurrat, an uero diuersa confundat. Vt igitur sensum plenius intellegamus, hoc quod est ab eo uersu, Namque canebat uti magnum per inane coacta semina, proprium in Vergilio est, ut nihil magnum sua auctoritate confirmet, sed aut a Musis acceptum dicat aut admirabile famae tribuat. Hoc quidam diffidentiae dicunt: nam si confirmet, inquiunt, opiniones hominum ad credendum facilius inducat. Sed poeta fortius probat, cum suae opinioni etiam famam consentire pronuntiat, ut est illud,

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,

et illud,

Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
urgeri mole hac,

et illud,

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna;

et illud,

Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouercae,

et illud,

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates.

Quae nisi famae auctoritas fulciat, fabulosa uideantur et inania. Hic autem fama Sileni aeque dei auctoritate quae canit confirmat. Omnem igitur hanc rerum naturae formam tenui primum et inani mole dispersam refert in quattuor elementa concretam et ex his omnia esse postea effigiata Stoici

3. purpureum *V*. 6. an poeta *E*, a poeta *VP*. an omnibus *E*, añ omnibus *V*, *lacuna in P*. 8. uero] non *P*. 12. conceptum *V*. 14. hominis *V*. 16. illud est *P*. 19. semustu *V*. 21. et *E*, aut *VP*. 23. et illud — nouercae *om*. *V*. 26. famam *V*. 33. postea *om*. *P*. *fortasse* Ita Stoici.

tradunt, Zenon Citieus et Chrysippus Solaeus et Cleanthes Assius, qui principem habuerunt Empedoclem Agrigentinum, qui de his ita scribit:

τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀιδωνεὺς
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις γε πικροῖς νωμᾷ βρότειον γένος,

ut accipiamus *Ζεὺς ἀργης* ignem, qui sit *ζέων* et candens, quod ignis est proprium, de quo Euripides *ὁρᾷς τὸν ὕψου τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ τὸν περιέχοντα ὑγρὰν ἀγκάλαις τὸν νόμιζε Ζῆνα*: et Ennius:

Aspice hoc sublime candens, quem uocant omnes Iouem. *Ἀργής* autem, id est *λαμπρὸς καὶ ταχύς*. Nam et Homerus *Καὶ κύνας ἀργούς* et Argus undique lucens et uidens. Hoc idem Vergilius executus ait Et liquidi simul ignis, purum demonstrans, non liquentem, et Liquidum super aethera lapsae, aeque purum, item Quod fieri ferro liquidoue potest electro, puri coloris. Ubi autem ait Liquido distendunt nectare cellas, non liquido pro fluenti dixit, sed puro. In hoc enim commendatio est operis apium: Nec enim laus mellis, si fluat, sed gloria, si lucidum uisatur. *Ἥρη* autem *φερέσβιος* terram tradit, quae uictum ferat, de qua Homerus *ζείδωρος ἄρουρα*, unde *τὴν Ἥραν* quidam *ἔραν* appellarunt. *Ἠδ' Ἀιδωνεύς*: Ditem quidem patrem glossa significat, sed accipere debemus aera, quem Euripides in Cadmo *χάος* appellauit sic: *Οὐρανὸς ὑπὲρ ημᾶς καινῶς φοτῶν ἕδος δαιμόνιον*

1. Crieus *V*. Crisippus Soloeus Cleantes *VP*, Speusippus Soloeus et Cleantes *E*. 2. Thasius *VE*, Tasius *P*. 4. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP: cf. Emped. fragm. ed. Sturz u.* 26 *sqq. et p.* 549. 8. *ὁρᾷς τὸν ὕψου τόνδ' ἄπειρον Αἰθέρα Γαῖαν περὶξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις τοῦτον νόμιζε Ζῆνα τόνδ' ἡγοῦ θεόν Schneidewinus. cf. Matth. fr. inc. trag.* 1. 12. Arges *E*, Argos *VP*. *λαμπρα* uel *ταχυς P*. 16. item *om. P*. Quid *P*. 17. distendit *V*. 18. non] nam *P*, nec enim *VE*. 19. commendatio *E*, mendacio *VP*. 20. gloriam *V*. *Ἥρη* autem *φερέσβιος E*, Ermes autem pheresbius *P*, Ermes autem eheresbius *V*. 21. ferat *E*, firmet *VP*. *ζείδωρος — Ἀιδωνεύς dedi ex E: lacuna in VP*. 23. quidem] quoque *P*. 25. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP: οὐρανός θ' ἡμᾶς ὑπὲρ καὶ γῆ βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς χάος μὲν ὀνομάζουσιν Valcken. diatr. p.* 12. *cf. Matth. p.* 118.

τόδ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος: quia quibusdam uidetur aera, qui et summa montium et ima terrarum saepius lateat, reliquo, qui desuper incubat, esse obtusiorem, atque ita uicem inferorum obtinere. Hoc adnotasse Vergilium aiunt in VI sic:

Tota passim regione uagantur
aeris in campis laetis, atque omnia lustrant:

ut post mortem soluto corpore umbrae in hac obuersentur caligine, animae ultimo aeri, ut puriori, transmittantur. Νῆστις aquam significat, quae scilicet sincero habitu cuncta confirmet. Nam creditur id eundem habitum, quem acceperit, seruare. Cicero autem Ἀιδωνέα pro terra interpretatur, Ἥραν pro aere uersa uice in libro secundo de deorum natura. Aer, inquit, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et caelum Iunonis nomine consecratur, quae est soror et coniunx Iouis, quod ei similitudo est aeris et cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autem eum. Iunonique tribuerunt, quod nihil est illo mollius. Sed Iunonem a iuuando credo nominatam. Haec de aere, infra de terra sic: Terrena autem uis omnis atque natura Diti patri dedicata est; qui diues, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidunt omnia in terras et oriuntur e terris. Idem hoc Homerus significat sic:

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται· ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς,
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολίην ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, Ἀίδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα,
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν,
γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος:

quod ad Iouem aether pertineat, mare ad Neptunum, terra ad Ditis imperia, in aere terram remansisse: in quo animaduertendum, quod Homerus consentiat Empedocli et Hera-

2. ex summa *PE*. 3. segnius iaceat *P*, segnis faciat *E*. 4. incumbat *P*. 8. obuersantur *V*. 9. ut puriori *editores*, ut puriores *VP*, et purior *E*. 10. Νῆστις] *lacuna in P*. significant *P*. 11. habitum] hominem *VPE*. 12. αἰδωνέα *E*, *om.* *VP*. pro terra *E*, propterea *VP*. 13. de *om.* *V*. 16. eis *P*. 18. illo *om.* *V*. 21. πλούτων *E*, Pluton *VP*. quia] quoniam *P*. 23. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP*. δ' *om.* *E*. 28. Quoad *P*. terra] *fortasse* inferi *uel* tartarus. 30. quod Homerus *om.* *P*.

cleoni Ciceronis diuersa opinione. Aristoteles quattuor esse elementa ait, aquam et terram ponderibus suis deorsum ferri, ignem et aera tenuitate sua subleuari, et his quattuor elementis quintum quasi proprium aethera addit priuata mole discretum. Idem Aristoteles ait non esse idem ignem et aethera, diuersitatemque eorum elementorum probari ex eo, quod ignis omnia consumat, aether omnia conseruet et nutriat. Anaxagoras quattuor elementis constitutis rectorem adiungit siue spiritum siue deum siue mentem, per quem haec quattuor regantur. [Hic Anaxagoras Abderites fuit Democrito popularis et discipulus, quanquam alii Dionysium Smyrnaeum, quidam Aristotelem magistrum eius adfirment, uir nobilis, amicus Alexandri, apud Persas comes.] Hic principium omnium sensum facit, quem secutus Plato in libro *περὶ ψυχῆς* sic ait: *Ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινός, ὥς ἔοικεν, Ἀναξαγόρου ἀναγινώσκοντος καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὃ πάντα αἰεὶ κοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ταύτῃ αἰτίᾳ ἥσθην, τε καὶ ἔδοξέν μοι εὖ ἔχειν τον νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον, καὶ ἡγησάμην, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχοι, τόν τε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν καὶ ἕκαστα σωτίσεσθαι ταύτῃ, ὅπῃ ἂν βέλτιστα ἔχοι.*

Quod aeque Vergilius item secutus est dicendo:

> Spiritus intus alit totamque effusa per artus
> mens agitat molem.

Nam quod Anaxagoras *νοῦν*, hic spiritum dixit: et quoniam incidimus in hunc locum, par est praesenti quaestioni, summatim uideamus, quid in his quoque agat Vergilius. Versus ita se habent:

> Principio caelum ac terram camposque liquentes
> lucentemque globum lunae Titaniaque astra
> spiritus intus alit.

1. esse *om. VPE.* 5. ignem *om. V.* 9. spiritum] ipsum *V.* 10. regnantur *V.* Hic — comes.] *Anaxagoram, quem Clazomenium Probus p.* 16, 19 *uocat, cum Anaxarcho confudit is, qui haec addidit.* 14. sensuum *V.* 15. *περὶ ψυχῆς*] *lacuna in P, Graeca dedi ex E, om. VP.* *ἐκβάτου E.* 18. *αἰτίᾳ ἥσθην*] *αἰτλησθε E.* 20. *fortasse συντίθεσθαι.* 21. *βατίοτα E.* 22. idem *P.* 25. spiritum] ipsum *V.* 26. est *om. P.*

Cur ibi Anchisen facit disputantem, quod hic Silenum deum? nisi quod poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc diuini quiddam habuisse praesumit sic:

Doctusque Anchisesque, Venus quem pulchra dearum
fari donauit, diuinum pectus habere.

Naeuius belli punici libro tertio sic:

Postquam auem aspexit in templo Anchisa,
sacra in mensa Penatium ordine ponuntur,
immolabat auream uictimam pulchram.

Vergilius sic:

Et si pietate meremur
da deinde augurium, pater, atque haec omina firma.

Nisi enim petisset omina, nunquam confirmari optasset. Dehinc uisa stella ait: Vestrum hoc augurium, uestroque in numine Troia est. Idem Vergilius in tertio Aeneidos, ubi primum Italiam, quo auspicati sunt, ac templum in arce Mineruae accesserunt, quod est oppidum Mineruae sacrum, unde nomen castrum Mineruae habet, conditum ab Idomeneo et Salentinis: — de qua re haec tradit Varro, qui sit Menippeus non a magistro, cuius aetas longe praecesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine satiras suas expoliuerat, in tertio rerum humanarum refert: Gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coaluisse, e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta oppido Blanda pulsus per seditionem bello Magnensium cum grandi

2. nisi quia *P.* diuinum *V.* 3. quidam hominis se *P.* sic *om. V.* 4. *fortasse* Doctusque Anchises Venu' quem pulcherrima diuum fari donauit, diuinum ut pectus haberet. cf. *Schol. Veron. Aen.* 2, 687: *Cynth. Cenet. ibid. p.* 386 *Anchises uates fuit auctor diuinandi: Ennius* doctusque Anchises uenis: *et Naeuius belli punici lib. III.* templo Anchisa sacra inmensa Penatium ordine ponuntur. 7. *fortasse* aues: autem *P.* Anchises *V.* 9. *fortasse* auratamque immolabat. 12. haec *deletum est in V.* omnia *V*: *Cynth. Cenet. l. c. Auxilium. Probus grammaticus uult esse legendum augurium. Nam ex sententia Seruii non sufficiebat augurium, nisi ex simili confirmaretur.* 13. omnia, *i. m.* omina *V.* 16. arce *L*, arcem *VP.* 17. adcesserint *VP.* 20. aetas *om. P.* praecesserit *P.* 21. omnigero? *V.* 22. carmine *om. P.* 25. Blanda] Lycto *E.* Magnesum *P*: *fortasse* bello pulsus per seditionem Magnensium.

manu ad regem Diuitium ad Illyricum uenit. Ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus amicitiaque per similem causam sociatus, Locros appulit. Vacuata eo metu urbe ibidem possedit aliquot oppida condidit, in queis Vria et Castrum Mineruae nobilissimum. In tris partes diuisa copia, in populos duodecim, Salentini dicti, quod in sale amicitiam fecerint. — Cum ad hanc igitur arcem siue oppidum equos animaduertisset Anchises, ut augur exclamat:

Bellum, o terra hospita, portas:
bello armantur equi, bellum haec armenta minantur,
sed tamen iidem olim curru succedere sueti
quadrupedes, et frena iugo concordia ferre:
spes et pacis, ait.

Apte igitur Anchises de rebus diuinis alibi loquitur, ut hic Silenus. Quaeramus igitur, an et ibi, sicut hic, quattuor principia designet:

Principio caelum ac terram camposque liquentis
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit

Nam terram simpliciter dixit, in campis liquentibus mare significat. Ceterum caelum quod dixit, si pro igni accipimus, ubi aer est? sin uero caelum pro aere, ubi ignem requiremus? Aemilius Asper cum hunc locum adnotaret, sic ait: Haec membra naturae sic solet iungere, ut in tria diuidat: nam et alibi: Maria ac terras caelumque profundum, et Homerus similiter ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽, ἐν δ᾽ οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν. Sed et Homerum ipso hoc loco possumus probare quattuor elementorum mentionem fecisse. Nam ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξεν Achilles significatur, ut homo terrenus, cui arma fiebant, ἐν δ᾽ οὐρανόν aerem scilicet, in quo ista

3. sociatis *VPE*. 4. *fortasse* uacuataque metu. ibique consedit et aliquot oppida [aliaque oppida?] condidit *Th. Mommsen Iscrizione Messapiche p.* 69. 6. tres *P*. Salenti *P*. 18. liquentes *P*. 21. significatur *P*. 23. caelum *om. V*. requiremus *editores*, requirimus *VPE*. 25. in tria *E*, in tertia *V*, interea *P*. 26. mare *P*. 27. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP, ut mox u.* 29 *et* 31. 29. facere *P*.

fiebant: ignem extrinsecus adhibebimus in ipso Vulcano. Similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus:

Iuppiter tuque adeo summe Sol, qui omnis res inspicis,
quique lumine tuo maria terram caelum contines,
inspice hoc facinus: priusquam fiat, prohibessis scelus.

Nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet, ut non dubie caelum pro aere dixerit, ita ut Vergilius:

Daedalus, ut fama, est fugiens Minoia regna
praepetibus pennis ausus se credere caelo.

Nam Daedalum uolantem aer sustinuit, ignis prodidit, ut Icarum. Et in eodem:

Geminae cum forte columbae
ipsa sub ora uiri caelo uenere uolantes.

Nam et auium uolatus in aere. Lucretius manifestius, cum ait: In hoc caelo, qui dicitur aer. Quanquam quod ad Homeri uersus pertinet ἠέλιον τ' ἀκάμαντα ignem quidam uelint significari, quoniam sol nihil aliud esse uideatur, quam lumen igni permixtum. Hoc et Anaxagorae Clazomenio uisum Socrates reprehendit, ut Xenophon in quarto Ἀπομνημονευμάτων sic refert: κινδυνεῦσαι δ' ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα οὐδὲν ἧττον, ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. Ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ πῦρ τε καὶ ἥλιον ἠγνόει, ὡς τὸ μὲν πῦρ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ· ἠγνόει δ', ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων ἄνευ μὲν τοῦ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται· φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦ-

3. res omnis (omnes *P*) *VPE*. 4. tuo lumine *VPE*. mare *VPE*. 5. facimus *V*. fit *VPE*. prohibesse *V*, prohibesse et *P* (prohibesse esse *Duebn.*), prohibe *E*. 6. Iam *VPE*. mare terram *P*. 7. ut *om. VPE*. dubium *P*. 10. ausus est se *V*. 15. manifestius Lucretius cum *P*. 16. Quanquam *om. P*. 18. credatur *P*. 20. Ἀπομνημονευμάτων — διαμένει *dedi ex E: lacuna in VP*. 31. λίθον *om. E*.

τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότερος ὢν διαμένει. Igitur si secundum exempla apud Vergilium et caelum pro aere positum intellegimus, ignem in eo interpretabimur, quod ait Titaniaque astra. Ea enim esse ignea per ipsum probanda, inprimis quod ait:

Vbi maximus Atlas
axem humero torquet stellis ardentibus aptum,

deinde:

Me patris Anchisae quotiens humentibus umbris
nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,

item Nam neque erant astrorum ignes, item Cnosiaque ardentis decedat stella coronae. Item Cicero in secundo de deorum natura sic: Quem complexa summa pars caeli, quae aetheria dicitur, et summum retinet ardorem tenuem et nulla admixtione concretum, et cum aeris extremitate coniungitur. In aethere autem astra uoluuntur, quae se et nisu suo conglobata continent et forma ipsa figuraquae sua momenta sustentant. Sunt enim rotunda, quibus formis, ut ante dixisse uideor, minime noceri potest. Sunt autem stellae natura flammeae, quocirca terrae, maris aquarumque reliquarum uaporibus aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur, quibus peraltae renouataeque stellae atque omnis aether effundunt eadem et rursum trahunt itidem, nihil ut fere intereat ut admodum paulum, quod astrorum ignes et aetheris flamma consumant. Ex quo uenturum putant nostri id de quo Panaetium addubitare dicebant, ut ad postremum omnis mundus ignesceret, cum humore consumpto neque terra ali posset nec remaneret aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset. Itaque relinqui nihil praeter ignem, quo

3. secundum exempla] solem ex dictio *P.* 10. quotiens — terras *om. V.* 14. sic] si *P.* 16. eternitate *V.* 17. se *E,* sic *VP.* et] ex *V.* 18. et forma *E:* et *om. VP.* 20. noceri *E,* doceri *VP.* 21. quodcirca *P,* quod contra *V.* reliquarumque aquarum *P.* 22. alantur *VPE.* 23. concitantur *V.* omnes *VP.* 24. aethere sunt: Fiunt *V,* aethere fiunt *P:* omnis aether effundat *E.* 25. astrorum *E,* praetorum *V,* praeteritorum *P.* 26. flammam consumat *VP.* 28. neque *E,* atque *VP* 29. remanere *P.*

rursum animante ac de eo reuocatio mundi fieret, idemque ornatus oriretur. Sin uero caelum pro igni in his uersibus intellexerimus, quem eundem mundum et *κόσμον* dictum probat Varro in Cynicis, quam inscripsit Dolium aut Seria, sic: Mundus domus est maxima homulli, quam quinque altitonae fragmine zonae cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis stellumicantibus altus in obliquo aethere lunae bigas acceptat; postumi cui seplasia fetet appellatur a caelatura caelum, graece ab ornatu *κόσμος*, latine a puritia mundus: si ergo caelum pro igni acceperimus, superest, ut in eo quod ait Spiritus intus alit aerem dictum praesumamus. Hic est etiam qui nobis uiuendi spirituum commeatum largitur. Hoc illud et Ennius appellauit in Annalibus:

Corpore tartareo prognata Paluda uirago,
cui par imber et ignis spiritus et grauis terra.

Item Lucilius in XXVIII satirarum: Hoc cum feceris cum ceteris reus una tradetur Lupo: non aderit: *ἄρχαις* hominem et *στοιχείοις* simul priuabitur: igni cum et aqua interdixerit, duo habet *στοιχεῖα*, adfuerit anima et corpore: *γῆ* corpus anima est *πνεῦμα*: posterioribus *στοιχείοις* si id maluerit, priuabit tamen. Et Cicero in eo libro quo supra: Principio enim terra, sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. Sed ut Vergilius in uersibus superioribus Terrarumque animaeque, cum significaret aerem, ergo in his quoque uersibus spiritum pro aere accipiemus quattuor elementorum

1. renouatio *E*. 2. in *om. V*. 3. intelleximus *P*. putant *P*. 4. Seira *V*. 6. fragminae *P*. 10. accipimus *P*. 14. corpore *E*, corpora *VP*. tartarino *Varro de l. l. VII*, 37 *p.* 323 *Sp.*, *Fest. p.* 359 *M.* Paluda *Varro l. c.*, palude *VP*. 17. *ἀρχαις*, *suprascr.* dandi casus *V*. 18. et stoechiis *P*, et stoechiisque *V*. priuabit eum igni (*om.* cum) *E*. 19. stoechia *VP*. *γῆ Duebnerus*, Tum *V*, vti *P*. 20. *πρευμα V*. stoechiis *VP*. *Versibus et personis Lucilii uerba distribuit Duebnerus: A.* Hoc cum feceris, cum — Lupo. *B.* Non aderit. *A.* *ἀρχαῖς* — simul priuabit. *B.* Igni — interdixerit, duo habet *στοιχεῖ'* — corpore (*γῆ* — *πνεῦμα*) *A.* Posteroribus *στοιχείοις* — priuabit tamen. 22. enim] eum *V*. 23. hoc *V*, *om. P*. animabili *VPE*. natura *om. V*. 24. Terrarum *P*. 25. ego *V*.

facta descriptione. Ad quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in Logistorico, qui inscribitur Tubero de origine humana, sic dicens: Caelum ut testa, item uitellum ut terra, inter illa duo humor quasi *ἰκμάς* inclusus aer, in quo calor. In eodem etiam libro Varro interpretatur uitellum appellatum, quia generet uitalia. Nam et quod ait Vergilius:

Ni faciat, maria ac terras caelumque profundum,
quippe ferant rapidi secum uerrantque per auras,

non, ut Asper putat, mundum in tres partes diuisit. Nam pro aere uenti hic extrinsecus accipiuntur. Ad quod argumentum collegimus Ennii exemplum de Annalium tertio:

Et densis aquila in pinnis obnixa uolabat
uento, quem perhibent Graium genus aera lingua.

Item cum ait Vergilius:

Quin aspera Iuno
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,

nec hic trium tantummodo elementorum intellegenda auctoritas. Nam Iunonis nomen in significatione positum est aeris et exemplo superiore Ciceronis, quo eam Ioui iunctam, ut aerem aetheri uicinum, declarauit. Item Homeri uersus eundem referunt intellectum, cum Iuppiter castigans ait:

Ἢ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
χρύσεον, ἄρρηκτον, σὺ δ' ἐν αἰθέρι, καὶ νεφέλῃσιν
ἐκρέμω.

Haec Iuppiter Iunoni dixit comminatus. Quae autem possunt Iunonis uideri suspendia, nisi librati aeris elementa? quae sunt pedibus demissa pondera, nisi terra marique iacentia? quisue aureus laqueus, nisi igneus? Quid enim? si nomen Iunonis graece pronunties saepius, nonne iteratum incidit?

1. descriptio *V*. mundi *P*. 3. et testa *P*. 4. quasi] qui *P*. *ἰκμάς*, *i. m.* l. *ἰγρυς* proles Vitellum quar *V*, ilcinus *E*, *om. P*. clusus *V*. 5. etiam *om. P*. 6. quia] quod *P*. 9. tris *V*. 10. hinc *P*. accipiunt *P*. 11. colligimus *V*. exemplum] etiam *P*. 12. in *om. VPE*. pinnis *E*, pennis *P*, primis *V*. 18. significationem *P*. 19. exemplo] ex loco *P*. ei *V*. 20. uicinam *P*. 22. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP*. 28. terrae *VPE*. 29. Quisque *V*. aureus *E*, aerius *VP*. laqueus *E*, liquens *V*, linquens *P*.

quinimo consequitur nomen aeris, id est ut incipiat ἥρα, atque identidem reuoluta fiat aer. Sic etiam apud Homerum, ubi dii armis disceptant, Iuno Diana eadem sit quae luna, et luna confusa aeris densitate consuerit pati obscuritatem. Quanquam eandem Lunam siue Dianam et eandem Iunonem uideri sibi dicat Cicero in secundo de deorum natura sic: Luna a lucendo nominata, eadem Lucina. Itaque ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quae eadem Diana omniuaga dicitur, non a uenando, sed quod semper uagatur, tanquam uenantibus, Diana dicta, quia noctu quasi diem effecerit. Adhibetur autem ad partus, quod maturescunt aut septem nonnunquam aut plerumque nouem lunae cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominati. Varro etiam in Logistorico, quem inscripsit Messalla de ualetudine, ait: Antiquos agrestes uenandi peritos, cum plurimum in siluis agerent, quod ueluti Diana duce ad inuestigandas feras solas et deuias siluas peterent, Deuianam appellasse deam, mox Dianam, quod intellegerent eandem esse, quae diem nascentibus daret. Plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens:

Principio maria ac terras caelumque tuere,
quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi
tris species tam dissimiles, tria talia texta

et alio loco:

Omnia personitus arcet terram, mare, caelum.

Afranius etiam in Augure:

Modo postquam adripuit rabies hunc nostrum augurem,
mare, caelum, terram ruere ac tremere diceres.

Consentit et Pherecydes, sed diuersa adfert elementa: *Ζῆνα* inquit *καὶ Χϑόνα καὶ Κρόνον*, ignem et terram et tempus

2. fiat] sit *V*. 4. et luna *om. V*. 5. eadem *bis V*. 6. uideri ibi *E*, uiderit ibi *P*, uiderit ubi *V*. 10. semper] tempus *P*. 11. uenatibus *editores*. quia] quod *P*. 12. quod maturescunt *E*, *om. VP*. 13. nonnunquam *om. P*. quia] quod *P*. 17. quod] quasi *P*. 18. paterent *V*. 24. tres *P*. species tam] spectes data *V*. 25. *cf. Ennii fragm. Seru. in Aen.* 1, 35. 28. adrepuit *P*. 29. *Graeca om. in lacuna P*. 31. *Χϑῶνα V*. et] ac *bis P*.

significans, et esse aethera, qui regat, terram, quae regatur, tempus, in quo uniuersa pars moderetur. Sunt qui binis principiis mundum discriminent. Nam Xenophanes Colophonius terram et aquam prodidit: quanquam haec antea ab Homero tractata sit opinio: Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Consentit in numero Euripides, sed speciem discriminat. Terram enim et aerem inducit principia rerum esse in Antiopa . . . . . . Et Varro in Logistorico, qui inscribitur Curio de deorum cultu, cognomenta magnorum deorum: Tres arae sunt in circo medio ad columnas, in quibus stant signa: in una inscriptum DIIS MAGNIS, in altera DIIS POTENTIBVS, in tertia DIIS TERRAE ET CAELO. In haec duo diuisus mundus. Item duo initiales, unde omnia et omnes orti et hi dii magni appellati in Samothrace. Sunt qui singulis elementis principia adsignauerunt, Parmenides Eleates terram, Hippasus Metapontinus et Heraclitus Ephesius, qui σκοτεινός appellatur, ignem, Anaximenes Lampsacenus, qui primus existimatur physica induxisse, aerem, Thales Milesius, magister eius, aquam. Hanc quidem Thaletis opinionem ab Hesiodo putant manare, qui dixerit ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα. Nam Zenon Citieus sic interpretatur, aquam χάος appellatam ἀπὸ τοῦ χέεσθαι, quanquam eandem opinionem ab Homero possumus intellegere, quod ait Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν, quod Vergilius quoque imitatus ait: Oceanumque patrem rerum nymphasque sorores.

42. Caucaseasque refert uolucres furtumque Promethei. Prometheus opera sua et fictos et animatos homines cum uideret ignis egere, qui solis in lumine diem diis operabatur,

3. Nam et X. P. 4. haec antea *om. V.* 5. tractata *E*, tracta *VP*. *Fortasse* haec etiam — tracta. *Graeca dedi ex E*: *om. V*, *lacuna in P.* 8. *Lacuna non indicata est in V. Verba* ὀργῆς τὸν ὑψοῦ τόνδ' *etc.* (*cf. p.* 11, 8) *excidisse censuit Schneidewinus.* 10. Tris a re *V.* 11. in *ante* altera *et* tertia *om. P.* 15. Parmenades *V.* 16. Hippatus *P.* 17. scotinos *VP.* appellatus *V.* Anaxamenes *V.* 20. ητοιμεις προτιστα χαος *rell. om. P.* 21. νευετο *V.* ἐπατα *V.* Citaeus *V.* 22. χείσται *P.* 23. eadem *V.* ab Homero *om. P.* possimus *P.* 24. *Graeca om. in lacuna P.* γεννησιν *V.* 27. Caucaseas *V.* 29. solus *P.*

ferula interceptum in terram deferebat. Furem Iuppiter insequebatur. Sed ille, qui non posset perfugere, in silicem ferulam adlisit eique ignem commendauit. Id aegre ferens Iuppiter in monte Caucaso eum laminis patibulo adfixit et adhibuit uulturem, qui cor eius exederet. Hunc quidem uulturem Hercules interemit, Prometheum tamen liberare, ne offenderet patrem, timuit. Sed postea Prometheus Iouem a concubitu deterruit, pronuntians, quod ex his nasceretur, qui ipsis diis fortior futurus esset. Ob hoc beneficium Iuppiter eum soluit. Ne tamen impunitus esset, coronam et anulum gestanda ei tradidit, ut neque in anulo saxi aut ferri memoria deesset, et in corona uinculorum forma remaneret.

43. His adiungit Hylan. Argonautae Colchos migrantes cum aquatum descendissent, Hylas, Thiodamantis filius, qui in deliciis Herculis erat, ad fontem uenit et adamatus a nymphis immersus est. Eapropter Hercules sequi Argonautas noluit, quod indiligentes custodiendo comiti suo fuissent.

48. Proetides, Proeti regis Argiuorum filiae. Hesiodus docet ex Proeto et Sthenoboea Amphidamantis natas . . . . Has, quod Iunonis contempserant numen, insania exterritas, quae crederent se boues factas, patriam Argos reliquisse, postea a Melampode, Amythaonis filio, sanatas ita ait . . . .

61. Tum canit Hesperidum miratam mala puellam. Atalantam, Schoenei filiam, uirginem uelocissimam multi petebant. Praescriptum est a patre, ut is haberet, qui cursu superasset, et uictus interiret. Tunc indignata Venus esse aliquam, quae foedera ipsius nesciret, hortata est Hippomenem, ut eam peteret uxorem, deditque tria mala aurea, lecta de arbore, quam Hesperides trans Oceanum seruabant. Cum his malis cursum Hippomenes intendit et ita, ut erat

1. terras *P.* sequebatur *V.* 2. subterfugere *P.* (ferfugere *Duebn.*) 3. Id] sed *P.* 4. eum *om. P.* lamnis *VP.* 5. et ederet *P.* 6. tamen *om. V.* 7. ostenderet *V.* 12. retineret *V.* 14. Hylasque Theodamantis *P* (Hylas quod Thiodamantis *Duebn.*) 15. ibat *VP.* et *om. V.* 18. filiae regis Argiuorum *P.* 19. Proetheo *V.* Stenobea *VP.* Aphidantis *Schneidewinus coll. Apollod. III, 9, 1 et II, 2, 3.* 22. ait] tu *V*, uti *P.* 23. Atlantem *V.* 26. superaret *P.* 29. oceanon *V.*

a Venere demonstratum, in latus unum abiecit, longius item aliud, et prope finem tertium. Haec dum uirgo colligere desiderat uniuersa, uicta tradita est uxor Hippomeni. Sed cum impatientius uirginitatem eius Hippomenes uoluisset eripere, secesserunt in lucum matris deum ibique demutati sunt in leones.

74. Quid loquar aut Scyllam Nisi. Nisi, regis Megarensium, crinem habentis aureum eundemque fatalem, urbem Minos, rex Cretensium, impugnabat. Sed Scylla, Nisi filia, pulchrum Minoem e muris prospectauit et adamauit, et dormientis crinem patris amputauit et hosti detulit, petens praemium nuptias. At ille parricidam refragatus uxorem, obsidium soluit, quoniam hostem aeque manibus filiae perditum uidebat. Sed Nisus ubi facinus cognouit, filiam necaturus persequebatur ac diis miserantibus, ne et ille faceret parricidium, demutati sunt in aues, Scylla in Cirim, ut facinus etiam nomine declararet.

74. Quam fama secuta est
candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Phorci et Crataeiidis filia Scylla Tritonem habebat amatorem, postea Neptunum parauit. Ea contumelia Triton exacerbatus a Circe uenena accepit, quibus illa callebat, et mare infecit, per quod Scylla ad Neptunum frequentabat. Ergo fraudis ignara ubi mare ingressa est Scylla, demutata est, tenus inguina ut canibus sex succincta, reliqua delphinus esset: pars sola hominem retinuit, quae super aquam fuit.

78. Aut ut mutatos Terei narrauerit artus. Pandionis, regis Athenarum, filiam Procnen Tereus rex Thracum accepit uxorem et ex ea filium Ityn generauit. Postea cum forte Athenas isset et aliam Pandionis filiam Philomelam, uirginem speciosam, uidisset, ementitus Procnen interisse, Philomelam uxorem accepit, eique corruptae linguam ampu-

2. propter *P*. 5. successerunt *P*. . locum *VP*. 9. Minos rex Cretensium urbem *P*. 10. Minoa *P*. 11. et amputauit et *V*. hosti] hunc *P* (hoc *Duebn.*) 14. iubebat *V*. 17. etiam] et in *P*. 20. Crataedis *V*. Scylla filia *P*. 23. per] et *V*. 26. aqua *VP*. 28. filiam *om. P*. 30. esset *V*. 31. speciosam] sponsam *V*.

tauit, ne quo modo scelus permanaret ad Procnen, et in abditis regni sui eam ablegauit. Sed illa in ueste descripsit facinora Terei et sic sorori declarauit. Tum Procne filium communem Ityn per membra laceratum Tereo praebuit epulandum. Confessa deinde quod fecisset, cum sorore effugit. Tereus uindex persequebatur, sed omnes demutati sunt in aues, Procne in lusciniam, Philomela in hirundinem, Tereus in upupam.

82. Omnia quae Eurotas. Eurotas amnis, ut ait Callimachus in flumina serpit per Laconum fines. Fontes agit ex monte Maenalo, confunditur Alpheo rursusque discedit. Ripae eius lauro opacantur, quas ait Apollinis edidisse uoces, cum eodem loco carmina referret. Beatum dixit ob potentatum Laconum.

7,61. Populus Alcidae. Alcides Hercules ab Alcaeo auo siue ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est fortitudine. Pindarus initio Alciden nominatum, postea Herculem dicit ab Ἥρα, quam Iunonem dicimus, quod eius imperiis opinionem famamque uirtutis sit consecutus. In huius tutela populus, Liberi uites, in Veneris autem myrtus. Physici Herculem tempus dicunt interpretantes, ideoque populum ei adsignari ἀλληγορικῶς, ut, quia bicolor sit, partes temporis accipere possimus, id est noctis atque diei.

8,27. Gryphes, ferae, quae habent capita aquilae, cetera membra leonis cum alis ingentis magnitudinis, in tutela Apollinis.

31. Maenalios, pastorales a Maenalo, monte Arcadiae, quae regio plurima pascua habet.

56. Arion Methymnaeus citharoedus, cum in piratas incurrisset, impetrauit, ut sub eodem habitu, quo in scenam

1. quoquo *P.* scelus *om. V.* et ut in *V.* 2. eam *om. V.* ablegauerat *VP.* 3. Tunc *P.* 10. finis fontis *V.* 11. Maenalio *VPE.* Alpheos *P.* 15. Populum *V.* 16. auo *E*, monte *VP*: *Alcides dicitur Hercules aut ab uiro Alcaeo, Amphitryonis patre aut a colle Alceo, qui est in agro Thebano. Pomponius Sabinus.* apotis alcis *P.* in initio *V.* 17. nominatum Alcidem *P.* ab Hera *P.* 20. tempus *om. P.* 21. allegoricos *P.* 22. quia] quom *P.* possimus *E*, possumus *VP.* 23. atque] et *P.* 25. leones *P.* 30. scaena *P.*

prodire adsuesset, canere ei liceret. Qui cum cantu delphinos elicuisset et in mare se praecipitauisset, exceptus ab ipsis perlatus in terram est.

9,13. Chaonias, quoniam columbae in Chaonia, regione Epiri, in quercu arbore sedisse dicuntur et humana uoce dedisse responsa, et ita bonum augurium erat, si coruus dextra, cornix sinistra uolaret, ut Cicero diuinarum: Quorum a dextra coruus, a sinistra cornix facit augurium.

47. Dionaei Caesaris. Siue eadem Venus, siue mater Veneris est, diuum Iulium significat, cuius capiti in statua stella addita est.

10,1. Arethusa fons in Sicilia, a quo musas uidetur cognominare, quoniam Bucolica carmen Siculum, uel quoniam amoris causa Alpheus, Pisae fluuius, per mare defluens in eum conuenit.

18. Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alphesiboeae, Agenoris Thiantis, qui Histriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait, regnauit Cypro, ut Philostephanus libro, quo quaestiones poeticas reddidit, ex Ioue sine ullius feminae accubitu procreatus. Hunc uenandi studiosum fuisse et ab apro interisse: atque ita plurimis cognitum. Pastorem non inuenimus fuisse, sed amatoriam fictam Veneris induxit historiam.

50. Chalcidico. Euphorion elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem uidetur Cornelius Gallus.

62. Hamadryades, nymphae, quae pariter cum arboribus et crescere et decrescere traduntur.

Praediuisione, quam graeci προδιαίρεσιν uocant, quid quoque libro praecipiat significat. Hoc enim rationem aruo-

1. delphines *P*. acceptus *P*. 3. perlitus *V*. 5. quercu arbore *E*, quercus arbores *VP*. dedisset *V*. 12. in Sicilia *om. V*. 13. uel quia amoris *V*. 14. Alphius *V*. 16. ut *om. VPE*. ait *om. V*. 17. Thiantis *Stoll ad Antimach. fragm. CXVII. p.* 107 *coll. Apollod. III*, 14, 4: hoantis *VP*, Thoantis *E*. 19. sine *om. P*. feminae] stamine *V*. 20. concubitu *P*. procreatum *V*. 29. COMMENTARIOLUM IN GEORGICA *P*, GEORGICA *V*. 30. prodiheresin *P*, pro Dieresim *V*.

rum cultibus agrestibus necessariam ex siderum obseruatione relaturum se promisit, secundo demonstraturum, quemadmodum uitibus ulmi maritentur et quae cum his olearum cura agi debeat, tertio pecorum armentorumque rationem, quarto apium indicaturum. Dicturus autem de aruis ait: Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram uertere Maecenas, de arboribus et uineis: Vlmisque adiungere uites conueniat, de pecoribus et armentis: Quae cura boum, qui cultus habendo sit pecori, de apibus: Apibus quanta experientia parcis.

Georg. 1, 5.

Vos, o clarissima mundi
lumina, labentem caelo quae ducitis annum,
Liber et alma Ceres.

Hoc loco uult intellegi Lunam Cererem a creando dictam, quia maturet fruges, Solem Liberum, quia libere peruagetur per aera, uel quia eius fulgor aliorum siderum lumina praestringat, uel quia maturet uineas.

7. Vestroque in munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Chaonia dicta est a Chaonia, regione Epiri, in qua Dodonaei Iouis est oraculum a loco dictum Dodona eius regionis. Itaque columbas etiam existimat ab ea regione Chaonias dictas, et in hoc oraculo fuisse uocales et responsa dedisse consulentibus. Traditur etiam quercus arbor subiecta tutelae Iouis fuisse, aeque uocalis ut Dodonae et responsa dedisse ad idem oraculum: quod testatur Vergilius dicens: Atque habitae Graiis oracula quercus. Vnde dici Chaoniam glandem ipse declarat, cum dicit: Chaoniique patris glandes. Appellata est autem ea regio ab Heleno Chaonia, ut ipse testatur: Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit.

9. Poculaque inuentis Acheloia miscuit uuis.

1. cultibus *om.* *V*. necessaria *V*. 5. autem] cum *VP*, quidem *E*. 9. quanta sit exp. *V*. 14. loco *E*, loci *VP*. 15. quia] quod *quater P*. purgetur *P*: liber euagetur *Gaudentius*. 16. perstringat *V*. 18. in *om*. *P*: *fortasse* uestro quia munere. 21. Dodone *VPE*. 25. Dodoue *VPE*: *fortasse* fuisse Dodonae aeque uocalis ut columbae et. 26. ad] apud *E*. identidem *V*. 28. Pastoris *P*. 29. est *om*. *P*.

Aetolus pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulum deduceret, notauit unam praecipue secedentem a grege, laetiorem ceteris, recipientem se serius in praesepia. Cuius rei ut causam cognesceret, secutus est eam clam et in remota stirpe animaduertit uuam edentem, pomum iis temporibus incognitum, et sustulit regique pertulit Oeneo, qui expresso humore delectatus, cum eum uetustate cognosceret mitescere, Libero patri posuit excepto a se hospitio. Cuius rei cultum cum demonstraret Liber, ut perpetua inuentorum esset gloria, constituit, ab Oeneo οἶνος appellaretur uinum, a Staphylo uua σταφυλή. Achelous est autem flumen Aetoliae. Ita quantum ad Acheloum pertinet, aqua intellegi poterit, quem ideo potissimum nominauit, quod primus in Graeciam uidetur fluxisse. Vua autem significat uinum.

10. Et uos, agrestum praesentia numina Fauni. Eundem Pana, eundem Inuum, eundem Faunum quidam interpretantur, quod ei in Italia quidam annuum sacrum celebrant, quidam menstruum. Existimatur autem fuisse Faunus rex Aboriginum, qui ciues suos mitiorem uitam docuerit ritu ferarum uiuentes, et primus loca certis numinibus et aedificia quaedam lucosque sacrauerit, a quo et fana sunt dicta: ipse autem receptus in deorum numerum creditur. Itaque et oraculum eius in Albunea, Laurentinorum silua, est. Plures autem existimantur esse et praesentes. Icciroo rusticis persuasum est incolentibus eam partem Italiae, quae suburbana est, saepe eos in agris conspici.

11. Dryadesque puellae. Dryadas puellas dicit quas alii Hamadryadas uocant, et eas cum quercu nasci et simul interire, sed diuturnas esse, et inde Hamadryadas dictas. Quercus enim graece appellatur δρῦς, ἅμα significat simul.

1. *Cf. Apulei. de orthogr. p.* 6 *Os., Schol. Leidens. p.* 267 *Suring.* 4. re mosta *V.* 5. adeuntem *V.* 6. Oeneo *E*, Inacho *VP.* 8. pastori *P.* 10. *οινον V*, oenon *P.* 11. staphyle *P*, Staphile *V.* fluuius *P.* 19. ab originium qui ciues submitiorem *V.* 20. nominibus *VPE.* 21. fama *V.* 22. ipse — creditur *om. V.* et] etiam *V.* 24. et] etiam *V.* 28. aliis *V.* 29. sed — dictas *om. V.* 30. significat *om. V.*

12. Tuque o, cui prima frementem
fudit equum magno tellus percussa tridente,
Neptune.

Campi in Thessalia sunt Petraei, in quibus locus Petra nomine, percussus tridente Neptuni, emisit equum, qui Scyphios uocatur. Romani autem Neptunum equestrem uocant, Graeci ἱππικὸν Ποσειδῶνα, quod existimatur princeps originis equorum, et iccirco etiam poetae tradunt ab eo donatum Adrasto equum Ariona et Iunoni Xanthum et Cyllaron, quos illa dederit Castori et Polluci. Sed harum fabularum et opinionis huius initium est natura. Nam quia animalium materia liquore constat, et ea praecipue effusa in studium est generationis naturae equestris, adeo ut equas certum sit plerumque e uento concipere, animalium seminis, hoc est liquoris uniuersi, deus existimatur Neptunus, equorum eo magis, quod planities iis conueniens sit, quae aquis accidit.

14. Et cultor nemorum, cui pinguia Ceae
tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Insula est Cea in Aegeo mari, in qua sunt urbes quattuor, Iulis, Carthaea, Poceessa, Coressos. Ibi existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum grauis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre profectus est in insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Ioui Icmaeo constituit, qui placatis flatibus et aestu, qui necabant pecora et armenta, liberauit ea. Ipse autem post excessum uitae imperante oraculo Apollinis ab immorantibus in ea insula relatus in numerum deorum appellatus est Nomius et Aegoros,

2. tridenti *V*. 3. Neptuni *V*. 5. tridenti *V*. emiserit *V*. 7. hyppicon *VP*. Possidona *V*: Posidonaque ex. *P*. 9. equum Adrasto *P*. 11. quia] quoniam *P*. 12. liquore] natura *V*. ea] ei *VPE*. praecipua *V*. studium constat et gen. *V*: studium et gen. *P*. effusa *** in studium constat et generationes *E*. 13. ut *E*, *om*. *VP*. 16. eis *E*, ei *VP*. 20. Pylis: Carthea; Loessa: Ceressos *VP*: *cf*. *Strabo* X *p*. 486. 22. fratre *P*. 23. icmeo *E*, Ionio *V*, Ichnio *P*: *cf*. *Apoll*. *Rh*. 2, 522. *cum scholl*. 24. placatis *E*, placatus *VP*. 26. Apollinis *om*. *V*. in ea insula *Ruhnkenius epist*. *crit*. 2 *p*. 209: eam insulam *VPE*. 27. est *om*. *V*. Aegoros *E*, Aegarus *P*, Aegatos *V*: Agreus *Ruhnkenius l*. *c*.

quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino. — Dumeta et aspera loca et montuosa dicuntur.

16. Ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei
Pan, ouium custos, tua si tibi Maenala curae,
adsis o Tegeaee fauens.

Pana Inuum Latini interpretantur, cuius religionem Italiae fertur intulisse Euander. Sed creditur propter duo argumenta sub eius nomine et uocabulo Iuppiter coli, id est mundus, quorum unum est, quod Pan graece significat omne, id est uniuersam naturam, alterum quod hinuli pellis, qua tegitur, uarietas maculis imitetur stellas. Maenalus et Lycaeus montes sunt Arcadiae, Tegea eiusdem oppidum, cuius nomine est in Tuscia ab exulibus Arcadiae urbs condita.

18. Oleaeque Minerua inuentrix. Putant eam quidam et Neptunum contentionem de Athenis habuisse, utrius urbs esset nomine: Neptunum tridente percussisse arcem et inde prosiluisse aquam salsi haustus, et hodie fontem in ea arce Neptuni appellari: Mineruam ictu cuspidis ibidem oleam euocasse, quae quia utilior esset hominibus, ei cessisse Athenas.

19. Vncique puer monstrator aratri. Quidam putant Triptolemum Atticum dici, quem in uolucri curru tradunt poetae fruges terris credidisse: quidam Buzygen, qui primus iunctis existimatur ad arandum usus. Sed constat multis annis ante et fruges in Aegypto inuentas esse et arasse primum Osirim duobus bubus, quorum nomina nunc sunt sacra sub iis qui religionis causa eodem uocabulo appellati

2. hic *P*. 3. Attacionio *V*. 4. Dumeta] dum *P*. montosa *P*. 5. saltus *V*. 6. si *om*. *V*. 7. o *om*. *V*. 8. intulisse fertur *P*. 11. unus *V*. 12. hinuli *E et Pomponius Sabinus*, inu leagineae *V*, inuleas inte *P*. 14. sunt *om*. *P*. cui nomen *P*. 15. condita urbs *P*. 18. esset et nomen *P*. 20. in idem *VPE*. 23. quem *E*, cum *VP*: *fortasse* eum. 24. terrae credidisse *Broukhusius ad Tib. I*, 8, 28, terris (terrae *E*) reddisse *VPE*. Buzygen *Brouckhusius l. c.*: Bizeser *VP*, Bresser *E*. 25. usus *om*. *P*. 26. et fruges *om*. *P*.

coluntur, Apis et Mneuis, quorum alterum Memphitae colunt Apim, alterum Heliopolitae Mneuim.

20. Et teneram ab radice ferens Siluane cupressum.

Siluanum quidam sic ortum ferunt. Crathis pastor in Italia cum juxta flumen quoddam pasceret capellas, et unam earum soleret incurrere, hoc est libidini suae in ea seruiret, et obdormisset in ripa sedens, somnique pondere caput quasi deiectum subinde nutaret, caper, qui solebat eam capellam salire, impetu in eum facto cerebroque eius cornibus disiecto abiecit eum in flumen, quod in facti memoriam Crathis est appellatum. Cum autem ex capella puer esset natus, cuius pars inferior erat caprina, eumque dominus educaret augeretque eius rem familiarem, ut eum animaduertit adultae esse aetatis educator, timens, ne feritas eius noceret suis, clam eum tollit in siluam et ibi destituit. Quem quia in silua primum agrestes conspexerant, ut deum uenerati Siluanum appellauerunt.

27. Accipiat cingens materna tempora myrto.

Myrtus est arbuscula Veneris subiecta tutelae. Caesar autem Iulius quia trahit ab Aenea genus, iccirco materna myrtus dicta est a Vergilio.

30. Tibi seruiat ultima Thule,
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Superior sensus declarat ambigi inter deos, utrum Ioui succedere debeat Caesar, frugum tempestatumque arbiter futurus agrestibus et omnibus urbibus uenerabilis, sequens, an etiam Neptuno, qui ei det Amphitriten, uxorem Neptuni, futuram Caesaris coniugem, Tethyn matrem ait dubitare generatam ex Oceano. Insulae sunt in oceano septentrionali

1. Mneni *V*, Mneii *P*, μέμφις *E*. 2. Liopote *VP*, hieropolitae *E*: qui colitur in Heliopoli *Pomponius Sabinus*. Mneni *V*, Mneii *P*, μέμφιν *E*. 9. salire *E*, sallere *VP*. 10. in facti memoriam *V* (?), *editores*: in facti nomine *PE*: *fortasse* ab interfecti nomine. 12. eumque *E*, eum *V*, Cui eum *P*. 13. eius *om.* *P*: ea re familiaritatem *E*. ut] et *P*. 15. quia] quod *P*. 18. cingentis *VP*. materna *om.* *P*. 20. quia] q od *P*. 23. Tethis *V*, Thetys *P*. 27. det] de *V*. 28. Thetyn *V*, Thetin *P*.

iunctae Britanniae ultimis partibus Orcades, quarum ultima est Thule. Significat ergo hanc quoque seruituram Caesari consecuturo honores caelestes.

32. Anne nouum tardis sidus te mensibus addas,
qua locus Erigonen inter Chelasque sequentis
panditur. Ipse tibi iam brachia contrahit ardens
scorpio, sed caeli iusta plus parte relinquit.

Tardis mensibus ideo, quod domicilium Saturni tradant astrologi libram, quod est signum aequitatis, cuius mensis est biennii et sex mensium, cuius loco futurum Caesarem dicit. Chelas dicit scorpiōnis brachia: Erigonem dicit uirginem, quae Iustitia, Astraei filia, quae cum morata esset aureo et argenteo saeculo cum hominibus, ferreo saeculo se recepit in caelum, quia ultra in terris sedem non habuerit, nec sustinuerit se hominum miscere sceleribus. Erigone autem Icari fuit filia, pastoris Attici, quae relata est in numerum siderum, non signorum. Sidera enim extra signiferum circulum sunt, signa tantum duodecim placet esse astrologis. — Iusta plus parte relinquit a scorpione, quia scorpio duorum signorum spatium tenet, in cuius brachiis duobus est posita statera, signum librae, quam graeci ζύγον uocant. Hoc enim spatium ab eo detineri et Ouidius testatur cum ait:

Est locus, in geminos ubi brachia concauat arcus
scorpius et cauda flexisque utrinque lacertis
porrigit in spatium signorum membra duorum.

36. Quicquid eris, nam te nec sperent Tartara regem,
nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,
quamuis Elysios miretur Graecia campos,
nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

Tartarum ait Vergilius apud inferos locum praecipitem infinitae altitudinis, cum ait:

2. Significatur hanc *P*. 5. sequentes *P*. 7. iuxta *V*. 9. est *om. P*. 11. quae *editores: cf. Hygin.* 130: cui *V*, cuius *P*, quoi *E*. 12. et argenteo *om. P*. 14. quia] quod *P*. 16. filia fuit *P*. 17. Sidera] signa *P*. 18. Iuxta *V*. 19. reliquit *V*. quia] quod *P*. scorpius *VP*, scorpios *E*. 20. spatio *V*. 21. quem *VP*, quae *E*. ξύγον *E*, zicon *VP*. 22. et] etiam *P*. 26. spernent *V*. 28 elisos *V*.

Tum Tartaros ipse
bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum

Elysios campos dicit apud inferos, in quos recipiantur piorum animae, quos alii putant esse insulas fortunatorum. Nam quod negat Proserpinam sequi uoluisse matrem, contra historiam refert. Cognito enim eius raptu Ceres Ioui detulit querelam, qui permisit matri filiam abducere, si nullum cibum ore apud inferos contigisset. Cum autem indicium fecisset Ascalaphus, Orphnes et Acherontis filius, eam tria grana mali punici in horto Ditis deuorasse, mutatus est in auem bubonem. Iuppiter permisit sex mensibus cum matre filiam esse, totidem uero apud inferos.

47. Illa seges demum uotis respondet auari
agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit

De eo agro loquitur, quem noualem uocant. Is autem alternis annis cessat, sed sub exitu hiemis, hoc est initio ueris, proscinditur, et ita aestate, quae sequitur, siccatur: deinde sub introitu hiemis semente facta sequenti aestate reddit fructum. Ergo bis sentit frigus, semel [aestatem] deficiente hieme, initio ueris, iterum post sementem, bis solem, semel aestate qua cessat, iterum qua fructum refert. Ipse autem substituet huius rei causam progressu operis, cum praecipiet, ut sub introitu hiemis sterilis ager proscindatur. Illum enim, qui est fertilis, sub exitu hiemis proscissum, ideo putat relinqui oportere cessantem, ut siccetur aestu proximo, ne luxuriantis soli natura fertilis efficiatur, et inter fruges herbae nascantur. Rursus eum qui sterilis est iccirco sub hieme proscindendum putat, quod humorem caelestem hibernumque accipiendo esse foecundior possit. Itaque

Il-

3. caeli susp. Ol. *om. P.* 7. eius *om. P.* 8. qui] quod *P Duebneri.* 9. ap. inf. ore *V.* 10. Ascalaphus Orphnes *E, Pomponius Sabinus:* Alachus Orphei *VP.* Acheruntis *P.* 11. Ditis *editores*, dicit *VP.* est *om. V.* 12. matrem *V.* 13. uero] mensibus *P* (uero *Duebn.*) 15. sentit *V.* 16. Is autem *om. V.* 17. hoc] id *P.* 20. aestate *E.* 22. aestatem quia cesserat *V.* qua fructus *E*, quia fructum *V*, quando fructum *P.* 23. sustinet *V.* 26. putant *P.* 28. et *om. VP.*

Illic officiant laetis ne frugibus herbae,
hic sterilem exiguus ne deserat humor harenam.

56. Nonne uides croceos ut [semper] Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
at Chalybes nudi ferrum uirosaque Pontus
castorea, Eliadum palmas Epiros equarum.

Tmolus Lydiae mons est, quem non iccirco nominat utique, quod solus crocum ferat, sed quod praecipue, ut Pelusiacam lentem dicit et Sicyoniam baccam oliuam, non quod Sicyone tantum nascatur, aut Pelusii lens. — India mittit ebur, sed et Africa, sed maiores sunt in India elephanti. — Sabaei natio est Arabiae, quos molles uitio sermonis, quia parum uiriliter loquantur. — Chalybes natio Pontica, in qua sunt ferrifodinae: ibi autem a nudis ferrum quaeritur. — Pontus fert et castorea, sed non solus. Fibri enim testes hoc nomine appellantur. Quod animal cum etiam in aliis regionibus, quam Ponto, nascatur, non tamen tanta uis est testium, quanta Ponticorum fibrorum. — Eliadum palmas Epiros equarum. Copiosissimam etiam palmis Epirum significat, nec tamen solam eas ferre, dicit enim et Idumaeas. Quaeri solet, quare equarum potius, quam equorum dicat. Ipse rationem consilii sui explicat, cum ait in libro tertio:

Seu quis, Olympiacae miratus praemia palmae,
pascit equos, seu quis fortis ad aratra iuuencos,
corpora praecipue matrum legat.

60. Continuo has leges aeternaque foedera certis
imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem,
unde homines nati, durum genus.

Deucaliona putant Promethei filium fuisse et habuisse in matrimonio sororem patruelem Pyrrham, Epimethei filiam, iis temporibus, quibus ira Iouis inundata Graecia cataclysmo

3. semper *om. P.* 7. est *om. V.* 10. nascantur *VPE.* Pelusii *E*, Pelusio *VP.* 12. quia] quod *P.* 15. et *om. V.* 17. nascat *V.* 18. fibrae *P.* 20. solam *editores*: solum *VPE.* enim] nam *P.* 25. pascis *V.* 28. locis *om. P.* 31. Deucalion *P.* 33. inundata *E*, inundata est *P*. inundatam est *V.* Graecia *E*, Graeciam *VP.*

perdidit humanum genus. Qui cum perlati essent in montem Parnasum, cuius tantum duo uertices eminebant, et ibi esset oraculum Themidos, intrauerunt adorantes, quemadmodum possent restitui homines. Quibus responsum est iactanda esse iis ossa parentis magnae post terga discinctis capitibusque uelatis. Interpretati autem cum essent terram parentem, ossa eius lapides iecerunt post se, ex quibus hominum genus renatum est: cuius etiam Ouidius meminit, cum ait:

Vnde genus durum sumus experiensque laborum
et documenta damus, qua simus origine nati.

67. At si non fuerit tellus foecunda, sub ipsum
arcturum tenui sat erit suspendere sulco.

Arcturus est stella in cauda maioris ursae, quam Graeci Helicen uocant, quae latine septentrio uocatur, dicta a cauda et ursa: ἄρκτος enim graece ursa dicitur, cauda οὐρά: cuius ortu hiems incipit.

70. Hic sterilem exiguus ne deserat humor harenam.

Aspirant harenam, quia haereat, cui ἔτυμον adiunctum est, quod etiam haurit, hoc est in se receptum humorem trahit. Huius hanc esse naturam Vergilius testatur dicens: Collectum humorem bibula deducit harena. Bibula enim quod bibat dicitur.

73. Aut ibi flaua seres mutato sidere farra,
unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis foetus uiciae tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos siluamque sonantem.

Putant non minus esse utilem ad sationem farris agrum, ex quo alius fructus sublatus sit, quam eum qui uicibus cessat.

78. Vrunt Lethaeo perfusa papauera somno.

Lethaeum somnum dicit eo, quod excutiat memoriam

5. distinctis *P*. 6. Interpretanti *V*. 8. etiam] et *P*. 10. sumus durum *P*. 15. Septentrion *V*. 16. Arcthos *P*. enim *om*. *V*. ura *P*. 19. aspirat *V*. quia] quod *P*. haereat *E*, hareat *V*, areat *P*. etymon *P*, ἄμμος *i. m.* Hymon *V*. 20. etiam] et *P*. 21. esse] etiam *P*. Vergilius *om*. *V*. 22. enim] etiam *V*. 24. seres *E*, Ceres *VP*. 25. quassant *V*. 26. tristique *V*. 27. fragilis *post* sonantem *VP*. 28. esse] etiam *P*. 29. sit] est *P*

sopitis. *Λήθη* est enim obliuio. Papauer autem, quod in segete nascitur, facit somnum.

102. Nullo tantum se Mysia cultu
iactet, et ipsa suas mirentur Gargara messes.

Mysia natio est coniuncta barbaris, contingens Adriaticum sinum. Sed est altera huius nominis terra, iuncta Troadi, aliquando subiecta regi Telepho et ante Teuthranti. Gargara cacumen appellatur Idae Phrygiae.

120. Strymoniaeque grues dictae sunt a Strymone, Thraciae flumine, ubi maxime per aestum morantur.

124. Nec torpere graui passus sua regna ueterno. Veternum grauem somnum uolunt intellegi expectantem ad interitum, quem medici lethargum uocant.

138. Pleiadas, Hyadas claramque Lycaonis Arcton. Pleiades uergiliae dicuntur, ut quibusdam liquet, quia sint Atlantis et Pleiones filiae, uel ἀπὸ τοῦ πλεῖν dictae, iccirco quod earum ortu prima sit tuta nauigatio. Quarum mentionem facit Ouidius in Phaenomenis, dicens de Perseo:

Pleiades ante genus septem radiare feruntur,
sed tamen apparet sub opaca septima nube.

Hyades existimantur esse in cornibus tauri et in ore, quas imperiti suculas appellant, arbitrantes a suibus Hyadas dictas, sed errant. Dictae sunt enim ἀπὸ τοῦ ὕειν, id est a spargendo. Est enim pluuium sidus, hoc est non temere oritur, ut non imbres sequantur. — Lycaonis Arcton dicit septentrionem et uulgarem sequitur historiam. Iuppiter enim Callisto, Lycaonis filiam, creditur mutatus in Dianam compressisse; quae grauida mutata in ursam ira Iunonis peperit puerum Arcada, quem Iuppiter, ne uenans matrem feriret, mutatum in eandem formam cum ea inter sidera retulit.

1. Lethe *P*. 3. tamen *P*. 8. Idiae *V*. 10. fluuio *P*. maxime *E*, maximum *P*, mare *V*. 12. spectantem *E*. 15. quia] quod *P*. sunt *V*. 16. Pleionis *P*. uel *om. P*. 18. in *om. V*. Phaenomenis *E*, pae nominis *VP*. 19. Pliades *P*. ante] autem *V*. 20. apparent *V*: Pliades — feruntur. Sex .... sed tamen etc. *Duebnerus coll. Arat.* 255. 21. et] aut *Duebnerus*. Ductae *V*. 24. *fortasse* a spargendo aquam 25. non *om. V*. 29. Arca *V*

Sunt autem ibi duae ursae, maior et minor: maior Helice uocatur, minor Cynosura.

148. Cum iam glandes atque arbuta sacrae
deficerent siluae, et uictum Dodona negaret.

Arbuta sunt arbusculae, quae in siluis frequenter nascuntur, quas plerique unedones uocant. — Dodona locum continentem * * quercus quae continetur erat dicta. Est autem templum Dodonaei Iouis in Chaonia, parte Epiri, quae hoc nomine appellatur.

163. Tardaque Eleusinae matris uoluentia plaustra. Imperiti ea plostra appellant. Sunt enim uehicula quorum rotae non sunt radiatae, sed tympana cohaerentia axi et iuncta cantho ferreo: axis autem cum rota uoluitur, non rotae circa eiusdem cardinem. Adhibetur hoc uehiculum in sacris Cereris arcanae, quae Eleusine appellabatur ab oppido Atticae Eleusine, et id ducunt boues. Est praeterea olluae uiridis siliqua et folliculus, in quo faba nascitur.

201. Lembus, genus nauigii.

205. Haedorumque dies. Adrastea capella, quae educauit Iouem cum haedis, ob hoc beneficium in sideribus sacrata est, quorum ortum pluuiae sequuntur.

205. Et lucidus anguis. Draco existimatur Ladon Hesperidum pomarii custos, relatus inter sidera intercidere duo septentriones: quae omnia genera stellarum tempestatem significabant. Ergo tam agrestibus obseruanda esse caelestia signa, quam nauigantibus, quia utrisque noceat tempestas. Ostriferum autem dicit Abydum, quod ibi ostrea generantur copiosissima.

208. Libra diei somnique pares ubi fecerit horas. Aequinoctium autumnale descripsit. Somno enim noctem significat. Vernum aequinoctium fit in ariete, autumnale in libra.

3. sacrae - negaret *om. V.* 6. quae *V.* onedonas *V.* 10. Tàrdeque *P.* 11. ea] et *V.* 13. cantho *E*, canthu *P*, cantu *V.* autem] aut *V.* 15. appellatur *P.* 16. Est] et *V.* 17. et *om. VPE.* 21. ortu *P.* 22. Larum *V*, laris *P.* puellarum *E.* 23. interficere *VP*, interfecere *E*: intersecare *editores.* 24. omnia *om. V.* 26. quia] quod *P.* 27. autem *om. V.* dicunt *P.* 31. autumnalem *P.*

212. Cereale papauer ait, quia in segete nascitur.

217. Candidus auratis aperit cum cornibus annum
taurus; et auerso cedens canis occidit astro.

Icari, pastoris Attici, canis, qui seruauerat corpus occisi, et filia Erigone, quae se suspendio necauerat ob interitum patris, relati sunt in sidera. Pecoribus autem canis sidus ideo inimicum est, quod poetae ferunt a pastoribus Icarum occisum. Occidit autem canis oriente tauro, qui existimatur ideo sacratus inter signa caelestia, quod insidias parantem Iouem Europae celauerit. Tempus autem definitur extremi Aprilis mensis usque in Kalendas Maias. Hoc idoneum fabae sationi putant.

221. Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur,
Cnosiaque ardentis decedat stella coronae,
debita quam sulcis committas semina.

Si in hoc exercebitur terra, ut triticum accipiat, prius, inquit, occidant uergiliae et corona Ariadnes, quam sementem facias. Matutini exortus Eoa significat. Eos enim praecedit Auroram. Atlantis autem filiae sunt uergiliae: iccirco Atlantides uocantur. Ariadnes autem coronae talis historia traditur. Adamatus Theseus ab Ariadne cum eius ope interfecto Minotauro labyrinthi euasisset errorem, et eam raptam in insula Dia dormientem reliquisset, Liber eam adamauit et eius capiti coronam detractam misit in caelum, quae sidus facta est, quod est post Erigonen. Ipsam autem Ariadnen matrimonio sibi iunctam Liberam appellauit immortalitate donatam. Cnosia autem dicit ab oppido Cnoso Cretae.

225. Multi ante occasum Maiae coepere, sed illos
expectata seges uanis elusit auenis.

Multi, inquit, ante occasum uergiliarum sementem fecerunt, sed inanem messem sustulerunt. Maia autem una est ex uergiliis.

1. quia] quod *P*. in *om*. *V*. 4. Icarii *P*. 5. filiae *VP*, filii *E*. Erigones *V*. 9. signa *om*. *VPE*. paranti *P*. 10. extremi *om*. *P*. 11. usque in] III. *V*. 18. significant *P*: *fortasse* Eoae significat matutini exortus. 25. quod est post *om*. *V*: quod *E*, quae *P*. 27. autem] aut *V*.

227. Si uero uiciamque seres uilemque faselum,
nec Pelusiacae curam aspernabere lentis,
haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.

Ciceris est genus, quod faselum uocant. Vicia est aeque leguminis genus lentis magnitudine. Pelusiacam lentem dicit a Pelusio, oppido Aegypti, a quo fluminis Nili ostium Pelusiacum dicitur. Optima autem lens in Aegypto nascitur. Bootes est stella in arctophylacis, ut plerique putant, balteo, ut alii iudicant, in humero, dicta a bubus. Nam septentriones, quos Graeci duas ursas uocant, Helicen et Cynosuram, in barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur a bubus iunctis. Cuius rei testis est Gaetulicus, cum ait de Britannis:

Non aries illum uerno ferit aere cornu,
Cnosia nec geminos praecidunt cornua tauri,
sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

233. Quinque tenent caelum zonae, quarum una corusco
semper sole rubens et torrida semper ab igni,
quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur
caerulea glacie concretae atque imbribus atris.
Has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae diuum, et uia secta per ambas,
obliquus qua se signorum uerteret ordo.

Mundi caloris et luminis sol causa est: eius autem talis est cursus, ut neque citra solstitialem circulum ad nos accedat, nec ultra brumalem recedat. Radii autem eius ubi deficiunt, ibi necesse est esse frigus cum tenebris: deficiunt autem eius radii bruma ad septentrionalem circulum: ibi autem frigus est cum obscuritate. Sol autem quia inter brumalem et solstitialem circulum conficit annuum cursum, totam hanc mediam regionem urit, quae latine plaga uocatur adusta. Ex ea quae septentrionalis est, ubi deficiunt solis radii, quia

1. uero] non *P*. 6. fluminis] fluuio *P*. 8. putant *om*. *V*. 9. indicant *V*. 14. ferat *VPE*. 15. tauri] tantum *VPE*: taurum *editores*. 22. et *om*. *P*. 25. nec *V*. accedat *E*, accedit *VP*. 26. precedat: Radiis *V*. 28. septentrionem (*om*. ad) *V*. 28. ibi ergo *editores*. 29. est est cum *V*. quia] quod *P*. 30. hac *V*. mediam *om*. *P*. 32. et quia *VE*, quoniam *P*.

ob hoc frigida est et obscura, frigus in proximam regionem peruenit et miscetur calori, qui ex adusta regione in eandem sedem fertur, et efficitur temperata regio, in qua sumus, quae est habitabilis. Alterae duae inhabitabiles, sed physica ratione nobis sunt incognitae. Prohibemur enim transire adustae regionis calorem. Sed quia in meridie brumam animaduertimus, ultra solem magnum spatium caeli uacare scimus et in contrariam nobis partem eius radios ferri et quemadmodum hic, ita illic deficere, ubi defecerunt esse frigus cum tenebris, et inde aliquam partem ferri in proximum locum et ex adusta regione, quae finitur brumali solstitiali circulo, in eundem peruenire uaporem, et utroque mixto perinde temperatam efficere regionem mediam frigidae et adustae. Quinque ergo sunt zonae in règione caeli et tèrrae, duae extremae frigidae, septentrionalis et austrina, una adusta, duae temperatae inter frigidam et adustam, cingentes eam et intercidentes frigidis, quarum altera antioecumene uocatur. — Via autem secta per ambas dicit signiferum circulum, qui a brumali obliquus ad solstitialem uenit, ita ut brumalem tangat capricorno, solstitialem cancro, aequinoctialem libra et ariete. — Obliquus qua se signorum uerteret ordo iccirco dixit, quia hic ipse circulus duodecim signa caelestia uoluit. Clima nostrum, hoc est in climate zonae nostrae, sic se habet, ut simus ad septentrionem ab ea parte, qua Scythia est et Rhipaei montes, cui contraria inclinatio est ad Africam. Ergo hoc sentit cum ait:

Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
semper et obtenta densantur nocte tenebrae,
aut reddit nobis Aurora diemque reducit,
nosque ubi primus equis oriens adflauit anhelans,
illic sera rubens ostendit lumina uesper.

1. et *om.* *V*. 3. eadem *V*. et *E*, ei *VP*, 4. sed] sub *P*. 6. quia in] quoniam *P*. 7. caeli spatium *P*. 11. ex adusta *E*, exhausta *VP*. 13. perin *V*. 14. in regione *om.* *P*. caeli et terrae *editores:* et *om.* *VPE*. 15. duae *om.* *V*. 17. Antio ecumena *i. m.* Antioecumene *V*. 19. a *om.* *P*. 20. ita *om.* *V*. capricornum *P*. 21. uerterit *P*, uertitur *V*. 22. quia] quod *P*. 26. inclinat (*om.* est) *P*. 27. Illic *om.* *P*. 30. equus *VP*.

Ait enim aut aeternam esse noctem in austrina frigida regione, quia ibi deficiunt solis radii, aut in antioecumene, cum occidat nobis sol, incipere ortum, aut cum oriatur, ibi occasum esse.

244. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
circum perque duas in morem fluminis arctos,
arctos oceani metuentes aequore tingui.

Quidam draconem, cuius sidus inter duas ursas, hoc est duos septentriones, existimant esse Ladona, qui custodierit Hesperidum mala: quidam consecratum a Minerua tradunt, a quo sit educatus Erichthonius. Arctos autem sunt duo septentriones, quos metuere ait aequore tingui, quod nec occidant, nec oriantur. Autumant quidam ex oceano oriri sidera et in oceanum occidere, quia ibi uisus noster deficiat, et ubi defecerit, orizon fiat.

In alio sic: Quinque tenent caelum zonae. In quinque zonas mundum esse diuisum accipimus, quas secundum clima nostri orbis sic deformabimus, ut laeuam manum contra ora nostra ponamus, atque ubi est pollex, ibi sit zona, quae appellatur graece ἀρκτική, quod in se habet arctos, id est ursas, eadem latine septentrionalis cognominatur, quod in ea parte caeli posita sit, quae uento septentrionali adflatur, eaque pars semper supra uertitur, hoc est nunquam in oceanum demergitur, quod etiam Homerus significauit, cum ait

Ἄρκτον, τὴν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο,

et Vergilius: Arctos oceani metuentes aequore tingui. Nam ea zona inhabitabilis est propter nimios rigores. Pollici proximus digitus obseruabitur in uicem zonae, quae graece appellatur θερινή, a nobis aestiualis, quod scilicet sol, cum

1. Ait] Aut *V*. 2. quia] quod *P*. aut in antioecumene *om. V*. 3. occidit *P*. oriantur *V*. 7. Arcto *V*. 9. existimat *V*. Ladna *VP*. 11. a *om. VPE*. 20. quod] quae *V*. 21. cognominantur *V*. 22. septentrione *VPE*. 24. ait arcton (Arcthon *P*.) *VP graecis in lacuna omissis, quae dedi ex E*. 29. ea] et *VPE*. 31. θερινή a nobis *E*, θερμαιος a nobis (*deleto* a) *V*, therinea a nobis *P*. scilicet *om. P*.

in eandem zonam declinauit, longiores dies efficit. Ibi enim solstitium facit aestiuum, id est VIII. Kal. Iul. Haec zona habitabilis propter temperiem et multi solis et illius uicinitate zonae, quam septentrionalem nuncupauimus. Medius autem digitus significabit zonam, quae graece dicitur ἰση-μερινή, latine aequinoctialis. Sed et sol in hanc zonam bis anno uenit, et totiens libram facit diei et noctis, id est VIII. Kal. April. et VIII. Kal. Octobr. Haec zona inhabitabilis. Nam propter nimios ardores loca subiecta habet exusta. Quartus deinde digitus significabit zonam, quae appellatur χειμερινή, a nobis hiemalis, quod scilicet, cum illam sol transcendit, hiemem facit et breuiores dies agit. Nam ibi solstitium efficit, quod est VIII. Kal. Ianuar. Hanc quoque zonam inhabitari credibile est, quoniam et ipsa pari temperatura inter noton et meridiem posita est, quemadmodum, cuius supra fecimus mentionem, aestiualis inter aequinoctialem et septentrionalem: et in hac zona si qui inhabitant, appellantur a nobis ἀντίχθονες, ὡς τὴν ἐναντίαν χθόνα οἰκοῦντες. Digitus minimus habet quintam zonam appellatam νότιον, quoniam ex illa parte cum adflat uentus humidum facit aerem. Nam et humorem colligens corpus νοτίς dicitur. Haec plaga latine australis appellatur, depressior, quam ut a nobis uideri possit, et ideo infra orizontem descendit. Orizon autem est, qui definit sphaeram superiorem, qui et diem a nocte disterminat. Haec quoque praesumenda inhabitabilis propter rigores, quos patiatur necesse est, quoniam longe ab sole segregatur. Circulus autem zodiacus qui λοξός appellatur, per tres zonas medias fertur, per quem sol currit. Sic ergo quoniam ad ultimas non peruenit, frigidas relinquit, mediam zonam, quoniam saepe onerat, igneam facit. Huius zonae mentionem facit Vergilius in septimo, cum uellet ex uerbis Ilionei Latino confirmare, neminem esse in orbe toto,

1. eadem *V.* effecit *V.* 2. fecit *V.* 5. *ειςημεριvη VP.* 7. ac noctis *P.* 10. significabat *V.* 11. *χεημεριvη V*, chimerine *P.* illa *V.* 16. eius *VPE.* 17. si] sunt *P.* 18. autichthones *P.* *ὡς — οἰκοῦντες dedi ex E: lacuna in VP.* 20. *νετιον V*, netion *P*, notion *E.* 21. notia *PE*, notitia *V.* 23. a *E*, *om. VP.* 27. lochos *P.* 28. per *om. V.* tris *V.* 29. perueniat *VPE.*

qui ignoraret, quanto bello Asia et Europa conflixisset, quandoquidem scire possent etiam qui ultra oceanum extimum agitarent, quique diuisi plaga aequinoctiali zonam illam, quam *χειμερινὴν* diximus, incolerent, quam uerisimile ab aliquibus inhabitari. Sunt autem, qui hoc declarant, uersus eiusmodi:

Quanta per Idaeos sacuis effusa Mycenis
tempestas ierit campos, quibus actus uterque
Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,
audiit, et si quem tellus extrema refuso
summouet oceano, et si quem extenta plagarum
quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

Hanc tamen uniuersam disputationem certum est Vergilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris uersibus scriptus, qui Hermes inscribitur: cuius disputationis tale principium est:

Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιαρέες ἐσπείρηντο
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κυανότεραι κυάνοιο,

et cetera ex ipso libro requirenda. Nam quidam orbem terrarum descripserunt in formam litterae Θ et in lineamentis, quae per circuitum ambiunt litteram, formam referunt oceani quem recte *ζωστῆρα τοῦ κόσμου* dixerunt, et Cyrillus cum ait: *Ὠκεανὸς, ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.* In media autem parte linea quae deducitur, Atlanticum oceanum fertur transmittere, quod mare traditur subiectum plagae aequinoctiali, et sic diuisas esse duas partes orbis, quarum nos habitemus eam quae sit ab oriente dexterior, atque esse uerisimile, ut aduersam pari tractu solidam gens alia hominum inhabitet. Si tamen uelimus omnem diligentiam in examinandis Homeri carminibus adhibere, fortassis ibi quoque

1. conflixissent *P.* 3. diuersi *P.* plaga *E*, plagae *VP.* 4. *χειμ.* dix. *om. in lacuna P.* quam *om. V.* 7. Quinto per Idieo *V.* 8. urit *V.* 10. refusi *V.* 17. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP.* *ἐσπείρηντο Scholl. Venet. Il.* Σ 473: *πείρηνθο E.* 18. *Κυάνοιο om. E: cf. Bernhardy Erat. p.* 141. 21. quae — referunt *om. V.* 22. zostera tu cosmu *P.* et] etiam *V: fortasse* ut. 23. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP.* *ἐνδέται αἰχθων E.* 26. partis *V.* 27. exterior *P.* 28. aduerso suam *VP*, aduerso in tam *E.* 29. tamen] tum *V.*

descriptionis huius ordinem possimus inuenire. Clipeus enim Achillis quinque orbibus intextus fuit, quorum sic meminit:

Αἳ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
ἦσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων,
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
τὴν δὲ μίαν χρυσέην· τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

Nam examinemus colorem metallorum et conditionem zonarum, et poterimus recte comparare, ut cassiteris, id est plumbi albi, zonas dixerit septentrionalem et australem, ut scilicet frigidas et cana niue oppletas, aereas autem, quae refulgent, habentes temperaturam candoris et rutili coloris, dixerit aestiualem et hiemalem, auream autem sine dubio igneam: nam est sic dictum: Ferit aurea sidera clamor, et a Pindaro: ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ: et Vulcanus ut ignis deus uirium suarum beneficium in illa zona inuoluerit, ut aurum clipeo superponeret.

281. Pelion et Ossan, montes Thessaliae.

309. Baleares insulae continuant Hispaniam, ubi optimi funditores.

336. Frigida Saturni sese quo stella receptet,
quos ignis caelo Cyllenius erret in orbis.

Omnibus stellis sol et lumen dat et calorem. Infra solem autem Veneris stella est, tribus hemitoniis seposita intercedentibus. Superior sole Martis stella est, quae πυρόεις appellatur, tono intercedente altior. Inde hemitonio superior est Iouis, quae appellatur φαέθων. Summa est Saturni, quae quia propior est crystallo, hoc est caelo, in ea deficit calor solis. Rapit enim eum ad se πυρόεις, quae stella ardore suo horrorem a frigore Saturni uenientem in Iouem

1. disputationis *P*: descriptionis ei huius *V*. possumus *V*. clipeos *P*. enim] uero *V*. 3. *Graeca dedi ex E: lacuna in VP*. 8. recte *E*, nocte *VP*. 9. alibi *V*. 10. niue] mire *V*. 11. habitantes *P*. coloris] loco aeris *P*. 12. dixit *P*. 13. est *om. V*. 14. Graeca *dedi ex E: lacuna in VP*. 17. et *om. V*. 20. recepit et *VP*. 23. intercidentibus *V*. 24. pyrois *E*, pyrrhos *P*, Pyrros *corr.* Pyeros *V*. 25. intedicente *V*. hemitonio *E*, hemizonio *V*, hemizono *P*. 26. Phaeton *VP*. 27. quae quod proprior *P*: quae *om. V*. 28. color (*om.* solis) *V*. ab sese *P*. pyrois *E*, epyro *P*, epyrro *V*. 29. Saturnio *VP*, Saturno *E*.

temperat. Cyllenius autem Mercurii stella est, quae duobus tonis infra Saturnum est et uocatur στίλβων. Ait ergo obseruandum esse agrestibus, ut uitare possint tempestates, et occasus stellarum, et in quo quaeque sit signo.

378. Et ueterem in limo ranae cecinere querelam. In Lycia Latona, aestu exhaustis uberibus educans Apollinem et Dianam infantes, accessit ad Melam fontem, et cum uellet bibere, prohibuit eam Neocles pastor. Cum autem illa pertinacior esset, prohibuerunt aqua. Itaque deae numine mutati sunt in ranas.

383. Atque Asia circum
dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

Asia producta prima littera dicitur, in qua quoddam pratum Asium iuxta Caystrum flumen appellatur.

399. Dilectae Thetidi alcyones. Varia est opinio harum uolucrum originis. Itaque in altera sequitur Ouidius Nicandrum, in altera Theodorum. Putatur enim Ceyx, Luciferi filius, cum Alcyone, Aeoli filia, mutatus in has uolucres. Idem refert Alcyonen, Scironis filiam, latronis Attici, Polypemonis filii, cum pater ei praeciperet, ut quaereret maritum, arbitratam permissum sibi, ut concumberet cum quibus uellet, ab irato patre deiectam in mare, mutatam in hanc uolucrem. Iccirco autem dilectas Thetidi dicit has aues, quod per septem dies, quibus excludunt foetus, in mari tranquillitas est, ut tuta sit nauigatio.

437. Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae. Panopeam hanc uirginem unam nominat inter Nereidas. Glaucus autem deus maris est: is autem piscator fuit et gustu cuiusdam herbae conuersus est in numen. Inoum Melicertam

1. Cyllenios *P*. 2. stilbon *E*, στιλβειν *V*, stellon *P*. 3. tempestates occ. (*om.* et) *P*. 9. *fortasse* perturbauerunt (perturbarunt *Duebnerus*) aquam. *Explicare conatus est Pomponius Sabinus: cum autem illa pertinacior instaret, ex concursu etiam aliorum pastorum prohibita est.* 10. sunt *om. V*. 17. Ceyx] caesa *V*. 20. Polymemnonis *V: cf. Naekii opusc. II. p.* 191. pater ei pater imperat *V*. 21. concuberet *V*. 24. excluduntur *P*. 27. unam *E*, in unum *V*, in *cum lacuna P: fortasse* nominat, unam. 28. pastor *P*.

autem ait Palaemona, quem quidam Portumnum interpretantur. Ipsa autem mater praecipitata cum eo in mare numen pelagi facta est et appellata mater Matuta, graece Λευκοθέα.

491. Emathiam et latos Haemi pinguescere campos. Haemus mons diuidit Thraciam a Macedonia, dictus a nomine regis Thracum Haemi, cuius soror uel uxor Rhodos fuisse traditur. Emathia dicitur Macedonia, ut plerisque auctoribus liquet, ab Emathione, fratre Memnonis, Aurorae et Tithoni filii.

Liber II. 2. Nunc te, Bacche, canam. Bacchari est furere. Inde et Bacchae dicuntur, quae per furorem sacra Liberi patris celebrant, et ipse Bacchus uocatur a furore, quem incutit cultoribus suis. Idem Lenaeus dicitur, torcularis nomine graeco, quod λῆνον appellant torculum.

8. Cothurni sunt calceamentorum genera uenatorum, quibus crura etiam muniuntur; cuius calceamenti effigies est in simulacris Liberi et Dianae.

16. Atque habitae Graiis oracula quercus. Existimant in Dodonaei Iouis oraculo quercum uocalem fuisse, ex qua lignum Minerua in Argo naui posuit, quod Argonautis futura praediceret.

18. Ut cerasis ulmisque etiam Parnasia laurus. Ex urbe Ceraso, quae est in Ponto, Lucullus, qui oppugnauit Mithridatem, transtulit arboris genus, quod fert cerasia poma: ipsam autem arborem, ut oppidi nomen, cerason uocauit, pomum cerasium. Parnasia laurus dicitur, quia subiecta est Apollinis tutelae, cuius oraculum Delphicum Parnaso, monti Phocidis, subest.

1. autem *om. P.* Portunnm *P.* 3. greco *V.* Leucothea *P.* 7. regis *om. V.* 9. Emathone *V.* 10. Tithonis *V.* filio *P.* 11. est *om. V.* 15. qui Lenon *P.* 16. calciamentorum *VPE.* uenatori apta *E: fortasse* uenatoriorum. 17. cui *V.* calciamenti *VPE.* 19. grais *V.* 21. Argo naui posuit quod (ut *Duebn.*) *addidi cum Duebnero: om. VPE.* 23. etiam] et *VP.* parnasa *V.* 24. Cerasunte *E.* 26. ipsum *P Duebneri.* arborem ut *om. P.* 27. cerasium Apollinis tutelae Parnasia Laurus dicitur subiecta eius cuius *V.* 27. quia] quoniam *P.*

37. iuuat Ismara Baccho
conserere atque olea magnum uestire Taburnum.

Thracia uino fertilis est, cuius nationem quandam appellat Homerus. Aliter: Oppidum est Ismarus, quod expugnauit Vlixes, cum a Troia discederet, et uictor uinum accepit a Marone, cuius pater Cepitus traditur, quod Cyclopi dedit. Eius autem tanta uis existimatur, ut unum metron uini uiginti etiam metra sustineat aquae. Ergo quia tam efficax est natura in uino Thraciae, praecipit eam conserendam uitem. Taburnus mons est Appuliae regionis, quae fertilis est oleae.

64. Solido Paphiae de robore myrtus. Insula est Cypros tota Veneri sacrata, in qua est oppidum Paphos, a quo Paphiam myrtum appellat arbusculam, quae Veneris tutelae subiecta est.

66. Herculeaeque arbos umbrosa coronae.

Populus, quia Herculis tutelae existimatur subiecta: testatur in Aeneide Vergilius dicens:

Dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra
uelauitque comas foliisque inmissa pependit.

84. Idaeis cyparissis.

Cyparissus dicitur cypressus: quidam dicunt a Cyparisso, qui in insula Chio cum haberet ceruum mansuetum, quem unice diligebat, et errantem in siluis ignarus iaculo traiecisset, inedia se necauit. Quem quia nec consilio a morte nec uiribus medicinae Apollo, qui eum immoderate diligebat, reuocare poterat, conuertit in cypressum, arborem luctuosam. Quidam putant, ut Asclepiades ait, Boream fuisse Celtarum regem, qui filiam Cyparissam amiserat, et nouum arboris huius genus primus in tumulo eius seuerit, ob eamque cau-

2. tiburnum *V*. 3. et *V*, *om*. *E*. 5. descenderet *V*. ad marone *V*. 6. a Marone Euanthis filio *Pomponius Sabinus*: Euantheus *Brouckhusius ad Tib. IV*, 1, 56. 7. tota *P*. 8. quia] quoniam *P*. 9. praecepit *P*. 13. Paphium *P*. Veneri *V*. 15. corona *VP*. 16. quia] cur *P*. (quia *Duebn*.). existimetur *V*. 18. Dixerat *om. in lacuna P*. 19. inmissa *om. in lacuna P*. 21. Cyparissum *P*. dicit *E*. Cypressum *V*. Cyparisson (*om*. a) *P*. 22. in *om*. *P*. 23. ignarus *om*. *P*. 24. quia] quod *P*. 27. ut] aut *V*.

sam esse luctuosam cypressum. Idaeas autem cyparissos ideo dicit, quod copiosae sunt in nemore matris magnae.

86. Orchades et radii et amara pausia bacca.
Orchades a magnitudine appellatae, quod similes sint testiculis, qui graece ὄρχεις dicuntur. Pausia oleae genus est acerbae, quam possiam uocant.

87. Pomaque et Alcinoi siluae. Alcinoi siluas dicit, quia refert Homerus eum habuisse pomarium incredibili superbia. Fuit autem rex Phaeacum, qui sunt in insula Corcyra, et habuit ex Arete, fratris sui filia Rhexenoris, Nausicaam filiam, quae Vlixi inopi in litore opem tulit et intraturo patris domum uestitum dedit.

89. Non eadem arboribus pendet uindemia nostris,
quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.
Lesbos est insula Asiae in sinu Aegaeo conspicua Troadi et Thraciae, a Lesbo, filia Macaris, appellata, in qua est oppidum, quod appellatur Methymna, ex quo fuit Arion citharoedus. Palmitem significat uitem.

91. Sunt Thasiae uites, sunt et Mareotides albae.
a Thaso dicit insula pomum Thasias. Mareotidas Aegyptiacas intellegimus a palude Mareotide, quae est in Aegypto. Psithia genus uitis et lageos et pretiae et purpureae. Argites autem dicta est a candore.

98. Tmolius adsurget quibus et rex ipse Phanaeus.
Tmolium nunc Tmolum uult intellegi, Lydiae montem, amminio uino fertilem. Phaneum portum uult esse insulae Chiae, et significari inde Chium amminium. — Rhodia et bumastos genera sunt uuarum, Rhodia a loco dicta, bumastos, quod imitetur papillas uaccae.

2. dicit *E*, *om. P*; ideo quod quod *V*. sint *P*. Magnae matris *V*. 3. radii *E*, radiis *VP*. 4. a *om. V*. sint *PE*, sunt *V*. 5. graece *om. V*. ὄρχεις *E*, ὄρχοι *V*, orchis *P*. est *om. V*. 7. Alcyoni *bis V*. 8. quia] quoniam *P*. credibili *V*. 10. Nausicaam *E*, Nausicam *VP*. 11. intraturo (*om.* et) *VP*; et luro *E*. 16. Lesbe filio *E*: *cf. Diod. Sic.* 3, 55, *Steph. Byz.* *Αἱμονία*, *Scholl. Vict. Il.* Ω 544. Macharis *P*. 20. pomum] unde *E*: *fortasse* nominatas. 22. psitiae *V*. 24. Tmolus *VPE*. 25. Tmolum non Timolum uolunt *V*. Ludiae *i. m.* Lydiae *V*. 26. uino *om. P*. phaeneum *P*. 28. sunt *om. P*. Rhodia *om. P*.

108. Ionios fluctus dicit Adriatici maris, quod Ionium ab Ione dictum est.

115. Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos.

Geloni sunt Scythae, dicti ab Herculis filio Gelono et Echidna, ut in quarto Herodotus refert.

117. Hebenum lignum est nigrum pretiosum.

119. Balsamum est liquidum medicamentum oculorum curationi necessarium, quod ex arboribus destillat in modum picis. Acanthus est herba spinosa folia lata habens et rugosa.

120. Quid nemora Aethiopum molli candentia lana,
uelleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Existimantur bestiolae quaedam, quas bombyces uocant. Quidam iudicant ex harundinum foliis Seras ueluti lanam facere, et inde fieri serica. Seres autem natio est in ultima India.

126. Media fert tristes succos tardumque saporem
felicis mali.

Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medeae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quae describitur a Vergilio nascitur quidem et in Italia, sed non est eiusdem effectus, cuius in Media, quae appellatur Rhododaphne.

137. Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus
laudibus Italiae certent, non Bactra, neque Indi,
totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.

Ganges fluuius est Indiae, Hermus Lydiae, qui fert aurum. Bactra oppidum Indorum, Panchaia Persidis regio a rege Panchaeo dicitur.

146. Hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
uictima, saepe tuo perfusi flumine sacro.

Clitumnus est Etruriae fluuius a fonte nauigabilis.

152. Nec miseros fallunt aconita legentes.

Aco-

1. Ionios] Ionius *P*. 3. Eosque *V*. 4. Scythiae *V*. Echidna *E*, chidna *VP*. 7. oculorum curari *V*, curationi oculorum *P*. 8. ex *om*. *V*. 10. canentia *V*. 11. et *VP*. 12. bombycas *V*. 16. sulcos *P*. 18. Medeae *VE*, Mediae *P*. 22. quae *om*. *VPE*: *fortasse* et. 26. fluuius *PE*, flumen *V*. nidiae *V*. 29. alibi *V*. 31. flumen *VE*. 32. fallit *V*.

Aconita sunt uenenorum genera, quae ferę in petris nascuntur Scythiae iuxta Maeotidem paludem. Existimantur autem esse ex spuma Cerberi, quam is fuderit protractus ab Hercule in lucem. Aconita autem graece a cautis nomine dicuntur. Illa enim ἀκόνη appellatur.

158. An mare quod supra memorem, quodque adluit infra?
Cingit Italiam a septentrione Adriaticus sinus, a meridie Tuscum mare. Adriaticum superum appellatur, Tuscum inferum.

159. Anne lacus tantos, te, Lari maxime, teque
fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino?

Vterque lacus est in Italia: Larius Insubres tangit et peruenit usque in Comum oppidum: Benacus est, ex quo Mincius flumen nascitur, quod praeterfluit Mantuam.

167. Haec genus acre uirum Marsos pubemque Sabellam
adsuetumque malo Ligurem Volscosque uerutos
extulit.

Sabelli gens est Italiae. Appuli iidem appellantur Dauni. Volsci ueruti ideo dicuntur, quod dolonibus in proelio soliti sint uti.

176. Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.
Ascra uicus est Boeotiae, in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit carmina quae dicuntur ἔργα καὶ ἡμέραι, quo libro agri quoque cultus rationem stringit, et ideo se dicit Ascraeum carmen Vergilius per Romana oppida canere.

192. Hinc laticis, qualem pateris libamus et auro,
inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Pinguis Tyrrhenus Tuscus tibicen significatur, uel quod non sit subtilis musice barbara, uel quod tumeant buccae inflantis tibias, quae significantur ebore dicto.

197. Saltus et saturi petito longinqua Tarenti,
et qualem infelix amisit Mantua campum.

Tarentum oppidum in Italia condiderunt Parthenidae, hoc

2. Meotida *V*. autem *om*. *P*. 3. pertractus *V*. 4. cantis (*om*. a.) *P*. 5. aconen appellant *P*. 8. appellant *V*. 14. fluuius nascitur qui *P*, flumen oritur quod *E*. 15. Nec *P*. 18. idem *V*. 20. sunt *V*. 23. ἔρνα *V*: erga και μερας *P*. 30. ebure *V*.

est exules Lacedaemoniorum, duce Phalantho. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium uocant, unde etiam paludem Saturam, cuius etiam in septimo mentio est, cum ait Vergilius:

Qua Saturae iacet atra palus, gelidusque per imas
quaerit iter uallis, atque in mare conditur Vfens.

Saturi ergo Tarenti a Saturio loco uel a Satura palude dixit. Quidam dicunt cum ob agri bonitatem, tum a loco quodam Saturo, qui est prope Tarentum, Saturum cognominatum. Dicitur autem Tarentus, Neptuni filius, Lacedaemonia ciuitate ex Saturia, Minois Cretensium regis filia, procreasse filium. Hunc proiectum naufragio facto delphinus in Italiam euexisse dicitur: cuius hodie quoque testimonium manet. Nam in municipio Tarentinorum hominis effigies in delphino sedens est. A Saturia uxore eum locum Saturium appellasse fertur et postea ei loco ex suo nomine nomen Tarentum imposuisse. Ideo infelicem Mantuam dicit, quia Mantuanis, qui a Romanis desciuerant, agri adempti sunt.

224. Talem diues arat Capua et uicina Veseuo
ora iugo et uacuis Clanius non aequus Acerris.

Vesuuius mons est in Campania uino fertilis, quem Veseuum iugum dicit. Eiusdem est Campaniae flumen Clanius iuxta Acerras nomine, sed gigantis nomine Clanius dictus est, qui ab eo dicitur, ut Metrodorus ait. Non aequus autem iccirco Acerris existimatur, quod eas saepe inundet, quae uacuae iccirco dicuntur, quod paene desertae sunt.

360. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur, et ueteres ineunt proscenia ludi,

2. saturium *E*, Saturnum *V*, satorium *P*. etiam] et *P*. 3. etiam] et *P*. 6. ualles *P*. 8. cum] eum *V*. tum] eum *V*. 10. Tarentum *V*, Tarantem *E*. filium *VE*. 15. Saturium] Saturiam *P*, Saturia *VE*. 17. quia] quod *P*. 18. qui] quod *V*. 19. et *om*. *V*. 20. Clanius] damus *V*. 21. Vesuuius *E*, Vesulus *VP*. *Veseuus: siue Vesbius siue Vesulus mons est Campaniae. Pomponius Sabinus.* 21. est *om*. *V*. 22. dicit *E*, dicunt *VP*. est et *V*. flumen *om*. *P*. 23. nomine *** sed *Duebnerus*. 24. qui ab eo dicitur *deleuit idem*: ab *om*. *P*. *Fortasse* iuxta Acerras, et gigantis — qui non ab eo. 25. existimatur Acerris *P*. 26. sunt *VE*, sint *P*. 27. ob *om*. *V*. 28. in eum *V*.

praemiaque ingentes pagos et compita circum
Thesidae posuere atque inter pocula laeti
mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Postquam uixisse animalium coepit carne uesci quae frugibus nocent uel aliquos laeserant fructus, prima existimatur hostia fuisse sus, secunda caper, ille, quia terram rostro protundendo semina rueret, hic quia uitem laeserat. Itaque etiam Ouidius in quinto decimo dat testimonium huic opinioni dicente Pythagora:

Et prima putatur
hostia sus meruisse necem, quia semina pando
eruerat rostro spemque interfecerat anni:
uite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
dicitur ultoris: nocuit sua culpa duobus.

Praemia autem posuisse Thesidas cum dicit ingentes pagos et compita circum, Athenienses significat a rege Theseo dictos. Itaque ludis quia praemium uictoris erat caper, qui graece τράγος, tragoedia coepit appellari genus quoddam carminis, ab antiquis causa spectaculi institutum.

385. Nec non Ausonii, Troia gens orsa, coloni
uersibus incomptis ludunt risuque soluto,
oraque corticibus sumunt horrenda cauatis,
sed te, Bacche, uocant per carmina laeta tibique
oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Hic quoque ritus oscillorum iactationis frequens in Italia ab Atticis est traditus: celebratur autem feriis sementinis, ex hac causa ab Atheniensibus institutus. Icarus pastor Atticus cum a Libero patre accepisset uinum deportandum uenale et praeciperet ignorantibus adhuc usum huius, ut parce biberent, illi sapore delectati contumaces fuerunt praecepto. Itaque cum corpus eorum solueretur ebrietate et somno, arbitrati se uenenum accepisse, interfecerunt Icarum. Canis

4. iussisse *P*: Postquam mortale genus animalium coepit carne uesci: ex his quae frugibus nocerent—laederent *E*. 5. alios *P*. 6. quia] quod *P*. 7. quia] quod *P*. 8. Ouidius etiam *P*. dat *om*. *V*. 11. quia] quod *P*. 15. Theseidas *P*. ingentis *V*. 17. quia] quod *P*. uictoriae *V*. 18. grege τρόγος *V*: tragos *P*. 27. hac *om*. *V*. 30. illo *P*. delecta *V*. 31. cum et corpus *V*.

autem eius, sine domino reuersus ad Erigonen filiam, dux fuit quaerenti patrem. Illa autem cognita morte Icari suspendio se necauit, canis uero non recedens a corpore dominorum inedia consumptus est. Cum autem subita pestilentia in Attica incidisset, et noui generis uirgines alienatae mente suspendio se necarent in siluis, consultum est oraculum Apollinis de fine tam luctuosi furoris. Responsum est remedium futurum praesens supplicium eorum qui occiderant Icarum. Quibus conquisitis et interfectis, sacratoque inter sidera Icaro et filia et cane plane ut numinibus sacrificium institutum est, quo oscilla imitarentur suspendia Atticarum uirginum.

425. Elaeam graece dicunt oliuam, ex qua premitur oleum, quod ἔλαιον uocatur: ἔλεος dicitur misericordia, quae quia contigit iis quibus pax datur, olea pacis signum est.

437. Et iuuat undantem buxo spectare Cytoron. Cytoros est oppidum Ponticum fertile buxo non solum, sed praecipue.

438. Naryciaeque picis lucos. Narycia est oppidum Locridos piceïs frequens.

448. Ityraei nātio est Scytharum.

464. Ephyrea aera, Corinthia. Ephyra enim prius dicta est, quam Corinthus.

469. Tempe sunt loca nemorosa, frigida, fontana.

478. Defectus solis uarios lunaeque labores. Deficit sol, cum eius orbem subit luna et obstat radiis. Lunae autem defectio fit, quia non suo lumine lucet, sed eo quod a sole accepit, cum in umbram terrae uenit. Aestus autem maris ad lunae motum et rationem fiunt. Sed lunae sunt quinque motus, diurnus, menstruus, annuus, latitudinis, altitudinis. Hi extremi ad mare pertinent. Terrae autem

3. uero *om. V.* corporum *V.* 5. alienati *P.* 6. necarent *editores*: necabant *VPE.* 10. ut *om. VPE.* 11. imitarentur *E*, temptarentur *V*, tentarentur *P.* 14. eleon *P.* dicitur *om. V.* eleos *P*, ἐλεκτύς *V.* 15. quia] quod *P.* pax *E*, parum *VP.* 19. Naricia *E*, Narycis *P*, Naricis *V.* 22. Ephyre enim *V.* 26 et obstat *E*: et *om. VP.* 27. quia] quod *P.* 28. accepit *VE*, accipit *P.* 29. motus *P.* 30. longitudinis latitudinis (*om.* altitudinis) *P.*

tremoris tres causae sunt. Nam aut uentis inclusis exitum quaerentibus fundamenta quassantur, et his labefactis superiora continuantur, aut igni, quem inesse Aetna terrae docet, exusta occidunt, cumque iis onus ipsorum subsidit, aut aquis id quod sustinent delabi in liquorem patiuntur, et consumptis terris lacus constituuntur.

481. Quid tantum oceano properent se tinguere soles
hiberni, uel quae tardis mora noctibus obstet.

Breuem diem facit brumalis circuitus, cum octaua parte maior est ea pars circuli quae subiecta terris est, et superior eadem minor.

483. Sin, has ne possim naturae accedere partis,
frigidus obstiterit circum praecordia sanguis.

Significat sanguine circum praecordia ducto animum, scilicet Empedoclis sententia.

487. Sperchios est Thessaliae flumen, Taygeta Laconices, ubi uenantur uirgines Laconicae. Laconice enim Lacaenas facit, Lacedaemon Lacedaemonias: Laconice regio est, Lacedaemon oppidum Spartae dicitur, unde Spartanae sunt eaedem uirgines.

506. Vt gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.

Tyriam purpuram uult intellegi Sarranum ostrum. Tyron enim Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit Poenos Sarra oriundos.

361. Tabulata per ulmos rami sunt, qui uites sustinent per translationem, quia rustici cum putant, supra eos ramos stant, hoc est tabulas.

417. Antes effectos ordines inter uites ad uindemiam factos dicit, et tum maxime subitos imbres periculosos esse.

1. aut *E*, aiunt *P*, *om.* *V*. 2. et] ex *V*. labefactatis *V*: ut iis labefactis *E*. 4. sonus *VPE*. 5. sustinet *P*. et *Duebnerus*: sed *VPE*. 7. oceani *V*. 9. brumalis circuitus *om.* *VPE*. 10. est brumalis et s. e. minor circuitus *VPE* 12. partes *P*. 14. sanguinem *V*. scilicet animum *V*: scilicet *om.* *PE*. 15. sententia] somnia *P*. 16. flumen *VE*, fluuius *P*. Laconiae *VP*, laconicis *E*. 17. Laconicae *om.* *P*. Lacedaemon Lacedaemonius *V*. 18. regno *P*. 26. quia] quoniam *P*. rustici quum putant *E*, rusticum putat *VP*. super *P*. 27. inter uites *om.* *P*. 28. umbris *P*.

519. Teritur Sicyonia bacca trapetis. Sicyoniam baccam oliuam dicit: Trapetum torcular est olei.

536. Dictaeo regi, Ioui a Dicte, monte Cretae, in qua educatus creditur.

Liber III. 1. Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus,
pastor ab Amphryso, uos siluae amnesque Lycaei.

Pales dea est pastorum, cuius diem sacrum appellant Parilia transposita littera l, quae si suo loco esset Paliria potius dicerentur: qui dies natalis est urbis Romae, quae a pastoribus est condita. Huius autem, cuius deae esset, etiam ritus declarat natura. Nam et ignem transiliunt accensis stramentis more agresti ibi hunc diem colentes et lacte libant, qui fructus ex pecore tollitur. Amphrysos flumen est Thessaliae, cuius regionem quandam Molossi incolunt, quorum rex fuit Admetus, Pheretis filius, cuius pecora et armenta pauit Apollo, iussus seruiendi contumelia decem annis luere temeritatem, qua cyclopas perdiderat, qui fulmen fecerant, quia indignabatur eo percussum Asclepium. His ergo inuocat eum cum Pale. Lycaeus mons Arcadiae regionis, quae pecorum studiosa est.

4. Quis aut Eurysthea durum
aut illaudati nescit Busiridis aras.

Eurystheus rex fuit, cuius imperio Hercules intolerabilia stipendia sustinuit. Busiris, Neptuni filius, rex Aegyptiorum fuit, aduenas ad aras immolare solitus, quem Hercules interfecit.

6. Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

Hylas, Thiodamantis filius, Dryopum regis, quorum gens

1. Sycionia bacca oliua dicitur *P*. 2. torcularem olei *VE*, torculare olei *P*. 3. rei *P*. a Dictea *P*. 5. et] ex *V*. 9. cui *V*. appellabant *P*. Palilia *i. m.* Parilia *V*. 10. si *om. V*. 12. etiam *om. V*. 13. natura *om. V*. 14. lactem (*om.* et) *VPE*. 15. Amphrysus fluuius (*om.* est) *P*. 17. pheritis *P*. 18. anni tulere *V*. 19. fecerat *V*. 20. quia] quoniam *P*. 21. cum Pale *E*: cum *om. VP*. 24. aut — aras *post* sustinuit *ponit P*. 30. Theodamantis *P*.

subiecta Parnaso fuit, qui patre interfecto Herculem secutus fuit, studio eius uirtutis ardens. Cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules recessisset ad materiam quaerendam remi, quem fractum uolebat reficere, et Hylas ad hauriendam aquam fluminis Ascanii urnam extulisset, dum accedit ad ripam, adamatus a nymphis est. Propter hunc Hercules comites deseruit nec secutus Iasonem, ut refert Apollonius in Argonautis: eius fluminis Nympha Madide tunicae partus est. Et Apollonius refert in Argonautis *ἀλεξιονην ὀνομακριτο*. Latonia Delos, quia ibi peperit Apollinem et Dianam in ipsa palmae et oleae arbore.

10. Primus ego in patriam mecum, modo uita supersit,
Aonio rediens deducam uertice musas,
primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas.

Terram, quae nunc Boeotia uocatur, habuerunt ante Hyantes, Leleges, Hectenes, Stemanti, Aones, unde adhuc Aonia dicitur. Est autem in ea Helicon mons sacer musis, in cuius uertice musius fons expressus dicitur ungula Pegasi, quem alii Aganippen, alii Hippocrenen uocant. Inde ergo se deducturum musas dicit, quia primus Mantuanorum carmina scripserit. Idumaeas autem palmas ab Idumaeorum gente, id est Iudaeorum, quae regio est in Syria Palaestina. Locum autem hunc dixit, quod non ibi tantum sint palmae, sed praecipuae.

14. Vbi flexibus errat Mincius. Mincius flumen, ex Benaco lacu fluens, praeterit Mantuam.

5. Ascanii fluuii *P*. 6. est *om. VP: dedi ex E.* Propter] per *V*. 7. ut refert Apollonius in Argonautis et Alexion in onomacrito (*rell. om.*) *P*. 8. Madide tunicae] Meliae Eunicae *E: cf. Theocr.* 13, 45. *Well. ad Apoll. Rhod.* 2, 4. Ad fontem Celei uenit fluminis *Scholl. Bernens. ad Ecl.* 6, 43. 9. *ἀλ. ὀνομ.*] *μέσσῃ δ' ἐνὶ καλβαις δίνῃ E: cf. Apoll. Rhod.* 1, 1239. 10. Latona Delus *V*. quia] quoniam *P*. in ipsa *E*, in apisa *P*, Mapisa *V*. 11. oleae] deae *V*. arbores *V*. 15. Terra *V*. 16. Entenes *V*: Leleges Gritones (Entenes *Duebn.*) Stemmationes unde *P*. Stemanti] Temmices *E: Strab. IX*, 401. *VII*, 321. 19. quem] quae *V*. 20. ducturum *V*. quia] quoniam *P*. 21. ab Idumaeorum *E*: ab *om. VP*. 23. hunc dixit *om. V*. 25. crat *V*. fluuius *P*.

19. Cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molorchi,
cursibus et crudo decernet Graecia caestu.

Eos significat ludos, qui in Achaia celebrantur quinto quoque anno, et appellantur Olympia, et eos qui in Arcadia, et dicuntur Nemea. Alpheos enim flumen est Achaiae, iuxta quem Elis oppidum, extra quod Olympii Iouis templum. Ibi celebrantur quinquennalia certamina gymnica. Lucos Molorchi Neineam dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diuersatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetrauit ab eo Hercules, ut eum seruaret, immolaturus uel uictori tanquam deo, uel uicto et interfecto leone cum solutus esset uel odio Iunonis, ne ei caelestes honores contingerent, uel fatigatus, experrectus mira celeritate damnum correxit, sumpta apiacea corona, qua honorantur, qui Nemea uincunt. Superuenit itaque et Molorcho paranti sacrificium manibus, ubi et aries immolatus erat. Inde Nemea instituta sunt: postea Archemori manibus sunt renouata a septem uiris, qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in *Αἰτίων* libris.

25. Purpurea intexti tollunt aulaea Britanni.

Plerumque ludis Domitiani imperatoris, quas proxime gentes deuicit, earum habitum et figuram aulaeis intexunt, quo saepius redingretur memoria uirtutis [erat], quam populo ostendant. Britannos autem pro qualibet gente dixit.

27. Gangaridum faciam uictorisque arma Quirini.

4. Olympica *V*. 5. est fluuius *P*. 6. oppidum Elis *P*. 8. Nemea *VPE*. 9. Nemeum leonem *P*. 11. liberaliter *P*. 13. et *om*. *V*. *Fortasse* interfecto manibus Interfecto autem leone cum sopitus esset: *cf. O. Iahn, Mus. Rhen. a.* 1845. *p.* 618 *sqq. et Naekii opusc. II, p.* 119. 15. celeritate damnum *E*, damnum (Daunium *V*.) celeritate *VP*. sumptaque picea *VPE*: apiacea *Naekius*. 16. hornantur qui in Nemea *P*. *Fortasse* sumptaque apiacea corona — uincunt, tricesimo, postquam ab hospite profectus erat, die ad eum uenit. Superuenit itaque. 17. parante *P*. ibi *P*.
19. reuocata *V*. 21. *αιτεόν V*, Etion *P*. 22. alea *V*. 23. Domitiani *om*. *PE*. gentis *V*. 25. reintegretur *VP*. erat *om*. *E*. *fortasse* eius. ostendit *V*.

Addam urbes Asiae domitas pulsumque Niphatem
et duo rapta manu diuerso ex hoste tropaea.

Gangaridae dicuntur ab Indiae flumine Gange. Cingitur enim Caucaso India et flumine et oceano. — Quirinum uictorem Romulum significat. Sic enim Proculus Iulius persuasit populo, cum Romulus non compareret, eum uidisse, ab eoque in mandatis accepisse, uti populus Romanus Quirinum se appellaret, quia in numerum deorum esset receptus. Niphates est mons Armeniae, quae cingitur Tigri Euphrateque fluminibus. Est et pars Mesopotamiae. Haec autem flumina decurrunt in Persicum sinum. Diuerso ex hoste tropaea: significat orientali et occidentali.

34. Stabunt et Parii lapides, spirantia signa,
Assaraci proles demissaeque ab Ioue gentis
nomina, Trosque parens et Troiae Cynthius auctor.

Paros insula est Cyclas in Aegaeo mari, in qua mons est Marpessos, unde marmor exciditur candidum, ut ipse Vergilius in sexto Marpesiam cautem uocat. Assaraci autem prolem uult accipi Caesarem, qui deducat progeniem ab Aenea, qui ex Anchise patre est. Capys Assaraci filius, Assaracus autem Trois, Tros ipse Erichthonii filius, Erichthonius ex Electra et Ioue nascitur, ut Scilos, scriptor tragicus, sentit. — Cynthius est Apollo a monte insulae Deli Cyntho dictus. Iccirco Troiae auctor dicitur, quod eam munierit sub Laomedonte et Neptunus.

37. Inuidia infelix furias amnemque seuerum
Cocyti metuet tortosque Ixionis angues.

Potest uideri haec sententia ambigua, quia et angues interpretari aliquis potest rotam et non exsuperabile saxum Ixionis, sed nec praeter rotam et saxum aliud esse supplicium, ipse Vergilius. Sentit enim illum a furia et Pirithoum [ur-

3. dicuntur Indi a flumine *P*. 4. flumine oceano *V*. 6. eo (*om*. que *V*. 8. quia] quoniam *P*. 13. lapi is *V*. 17. exciditur *VE*, exscinditur *P*. 22. ut *om*. *P*. Soilos *P*. tragicus scriptor *V*. 28. Potest] post *V*. quia *E*, quod *P*, *om*. *V*. 30. praeter] per *P*. alius *P*. 31. *fortasse* Vergilius dissentit. Sentit. furia *E*, syria *VP*.

gueri] epulis regii apparatus, quarum prius incendantur, et motu impendente saxi urgueri, cum ait:

Quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque,
quos super atra silex iamiam lapsura cadentique
imminet adsimilis.

Sed significatio horum uersuum fere haec est: Quisquis inuiderit huic operi, debebit timere post excessum uitae supplicia, quae pati existimantur defuncti, et furias. Cocytus autem palus est inferorum et Styx. Styga si diceret seueram, intellegeremus eam ob hoc dici, quod eius relligio teneat deos. Per eam enim iurare creduntur. Sed Cocyti amnem dicit, quia luctuosa uoce appellatur. Seuerum autem significat tristem, quod proprium est morti.

40. Interea Dryadum siluas saltusque sequamur
intactos:

hoc est, scribamus carmen agreste imperatum a Maecenate.

43. Vocat ingenti clamore Cithaeron
Taygetique canes domitrixque Epidaurus equorum.

Cithaeron mons est Boeotiae, ubi arcana Liberi patris sacra celebrantur tertio quoque anno, quae trieterica dicuntur. Existimatnr autem Liber esse cum musis, et ideo ex hedera, fronde eius, corona poetis datur. Nunc iccirco uocari se eius sacris uult accipi, quod et de uitibus praeceperit. Taygetos canes dicit Laconicos a Taygeto, monte Laconices. Epidaurus est Peloponnesi ciuitas, unde optimi et generosissimi equi exeunt.

46. Mox tamen ardentis accingar dicere pugnas
Caesaris, et nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Pollicetur autem se quoque Caesaris Octauiani, qui postea

1. quarum] *fortasse* quae. 2 impendente] et pendente *V* 4. cadenti *P*. 6. inuiderit *E*, uiderit *VP*. 9. palos *V*. diceret *E*, diret *V*, dicent *P*. seuerum *P*. 10. ob hoc] sic *P*. 12. quia] quod *P*. seueram *V*. 18. Taygetique — equorum *om.* *V*: aquarum *P*. 20 colebantur *V*. trieterica *E*, Triaterica *VP*. 21. exedere *V*. 22. frondi *P*. Nunc *editores:* cum *VPE*. 23 quod] qui *P*. praecepit *P*. 24. Laconices *E*, Laconiae *VP*. 25. Peloponensium (*om.* ciuitas) *P*. generosi *V*. 28. et *om.* *V*. 30. Octauii *P*.

Augustus cognominatus est, scripturum uictoriam, et quidam putant eum promissis fidem destituisse, ignorantes non quidem προηγουμένως acta eius scripsisse, sed tamen non claudicare quantum ad fidei pertinet uinculum. In octauo enim descripsit in clipeo eius pugnam et Actiacum bellum, quod gestum est cum Antonio. Tithonus autem fuit Laomedontis filius, frater Priami, qui existimatur ab Aurora adamatus uxorem eam habuisse. Priami autem filia Creusa, Aeneae uxor, mater Ascanii, a quo secuta est gens, quae ad Caesarem peruenit.

60. Aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos
desinit ante decem, post quattuor incipit annos.

Ex Lucina partus, ex Hymenaeo concubitus accipiemus. Itaque hoc ait, post annum quartum et intra decimum ad concipiendum utiles esse boues, extra finem hunc parum.

82. Spadices glaucique: palmae, cuius iam deficit color, colorem dicit. Siculi enim palmam, quam Graeci φοίνικα appellant, uocant σπάδικα. Spadicis color est, quem λευκόπυρον uocant, hoc est albus et fuscus: glaucus autem color uiridis.

89. Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllaros, et quorum Graii meminere poetae,
Martis equi biiuges et magni currus Achillis.

Amyclae oppidum est Laconices, ut refert Homerus in catalogo ducum, qui ad Troiam armis accesserunt. Pollux autem et Castor Lacedaemone nati sunt, qui existimantur equos accepisse a Iunone muneris nomine, Ξάνθον καὶ Κύλλαρον, quos ei Neptunus donauerat. Martis equi traduntur Δειμὸς καὶ Φόβος Homero auctore, Achillis Ξάνθος καὶ Αἴθων: Quidam quattuor putant et iis adiiciunt Πόδαργον καὶ Λάμ-

1. quidam] qui *P*. 2. putant eum *E*, *om*. *VP*. pro musis *V*. 3. prohegumenos *VP*. tamen *om*. *V*. 6. est gestum *V*. 11. Luciniam *V*. pati *om*. *VP*. 16. Spadices palmae c. i. def. glaucique color *VP*: glaucique *om*. *E*. 17. phenica *P*. 18. σπαδειxα *V*, spadica *P*. Callucis *VP*, Spadix *E*. 18. leucopyrum *P*. 22. equorum grai (*om*. et) *V*. 23. biiugis *V*. Achille *V*. 24. Amyclae *E*, *om*. *VP*. ut *editores*, unde *VPE*. 25. ad Troiam *E*, maiorum *VP*. 27. Xanthum et Cyllarum *P*. 28. Dimos et Phebos *P*. φηβος *V*. 29. Xanthus et Aethon *P*. 30. Podargum et Lampum *P*.

πον. Sed iis qui duos credunt haec eorum epitheta fuisse persuasio est.

92. Talis et ipse iubam ceruice effudit equina
coniugis aduentu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Saturnus Philyram, Oceani et Tethyos filiam, existimatur adamasse, et cum ea se mutasset in equam, ut eum falleret, ille quoque in equum transfiguratus cum ea concubuit: ex quibus natus est Chiron, doctissimus centaurus. Pelion est Thessaliae mons.

122. Neptunique ipsa deducat origine gentem.

Neptunus Cereri cum uim adferre uellet, ea se in equam transfigurauit: nihilo minus incepto non destitit Neptunus eamque ita compressit, quod genus equorum inde proditur esse.

113. Primus Erichthonius currus et quattuor ausus
iungere equos, rapidusque rotis insistere uictor.
Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere.

Erichthonius Electrae et Iouis filius fuit: sed huius nunc mentio non est, sed Attici, Vulcani filii et terrae * * * cum cupiditate eius patris luctando inualuisse Mineruae per certamina natus est, a terra et a certamine Erichthonius dictus. Primus autem dicitur quadrigis usus, quo decentius celaret pedes anguinos suos. Lapithae natio est Thessalorum, Pelethronii dicti a loco, qui subiectus esse Pelio monti dicitur, ab eo quod medicamentorum magna uis ibi nascatur, quae graeci *γλωσσηματικῶς θρόνα* uocant. Pelion autem est eadem lingua liuidum. Lapithae ergo primi existimantur equitasse, et ut Palaephatus in libro *Ἀπίστων* ait, eius gentis utique [et hei pro hi diphthongus est graeca] ii qui in Nephele ca-

1. esse *V*. persuasum *E*. 3. effundit *V*. 4. aduentum a Turnus et *V*. 6. filiam oceani et Thetidis phyliram *P*: Tethiis *V*. 12. cum Cereri *P*. 13. inceptu *V*. non *E*, *om*. *VP*. 14. ita *om*. *V*. 16. rapidisque *P*. 17. Phetronii *i. m*. Pheletronii *V*. 19. *Lacunam indicauit Duebnerus*. 20. inualuisse Mineruae] uim uoluisset inferre *E*. 24. dicitur *om*. *P*. 25. eo quod] eoque *P*. quae] quod *V*. 26. glossematicos *P*, glossematici *V*. trona *P*, *θρονον V*. uocant *om*. *V*. 27. *Ἀπίστων Duebnerus*: ariston *VPE*. 29. et hei — ii qui *om*. *PE*.

stello morentur. Ex qua causa centauri nebulae filii creduntur, et Ixion iis mercedem promisit, si furentem taurorum gregem occidissent, quorum impetus cum uelocitate effugerent et ipsos telis conficerent, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, quod est figere, καὶ ταύρου centauri dicti sunt. Existimati sunt biformes, quia primi equitare coeperunt.

146. Est lucos Silari circa ilicibusque uirentem
plurimus Alburnum uolitans, cui nomen asilo
Romanum est, οἶστρον Graii uertere uocantes.

Silarus flumen est Lucaniae, portus Alburnus et eiusdem nominis mons ad sextum a primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc uersu: Quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum. Asilus genus est tabani adeo acre, ut soleat armenta bucera inquietare: uocatur graece οἶστρος. Meminit autem historiae hoc loco Vergilius eius, quam Ouidius in primo Metamorphoseon exposuit plene, referens Inachi filiam Io, compressam a Ioue, mutatam in uaccam, actam esse per orbem terrarum oestro, donec ad flumen Nilum uenit, ubi mitigata Iunone finitus sit eius labor, quam Inachiam dicit Vergilius.

151. Et sicci ripa Tanagri. Tanagrus torrens est Lucaniae, qui, cum pluuiae sunt, effusior est et saeuit, cum serenum, siccus est.

180. Alpheus flumen est Achaiae. Pisa est oppidum, quod habuit Oenomaus.

202. Hic uel ad Elei metas et maxima campi.
Eleus campus stadium Olympiacum, ubi equi quoque certant.

197. Scythia regio est septentrionalis.

204. Belgae natio Gallorum.

231. Carix herba, quae nascitur in paludibus.

1. taurorum *E*, centaurorum *VP*. 3. occidisset *P*. quor m uelocitate cum impetus effugerent et *E*, quorum uelocitate quorum cum impetus effugerint (*om.* et) *VP*. 5. fugere *V*. καὶ ταιρου *V*, et tauris *P*. 6. quia] quoniam *P*. (qui *Duebn.*) equitari *P*. 7. locus *V*. 8. cum *V*. 9. oestrum *P*. grai *V*. 10. Silaris *V*. est Lucaniae *om. V*. 11. primis] paruis *P*. 12. hinc] huic *V*. ad Silari *VPE*. 13. taburnum *V*. Asilo *VPE*. est *om. V*. acer *V*. soleant *V*. 16. metamorphoseos *V*. 18. ibi *VPE*. 23. siccum est *V*. 24. fluuius *P*. Pisae (*om.* est) *VPE*. 24. habitauit *P*. 28. regionem *V*.

255. Sabelli gens est Italiae, coniuncta mari, ubi maxima copia aprorum est.

282. Hippomanes, quod saepe malae legere nouercae. Hippomanes nunc significat id quod ex inguinibus defluit equarum, quod datur amatorium et furorem facit, si aut intempestiuum est aut excedit modum. Theocritus herbam esse dicit, quam equi si gustauerint, efferantur.

267. Quo tempore primum
Potniades malis membra absumpsere quadrigae.

Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus, Sisyphi filius et Meropes, ut Asclepiades in τραγῳδουμένων libro primo ait, habuit equas, quas adsueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Ipsum autem, cum alimenta defecissent, deuorauerunt in ludis funebribus Peliae. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit, et ab Eurystheo a Sisypho distractas, eumque filio suo dedisse.

293. Castalios fontis. Castalius fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui adluit ipsam aram dei, dictus a Castalio, Delphi, filii Apollinis, filio, nepote Neptuni. Apollo autem dicitur Musagetes, quia musarum dux existimetur, ut Lutatius in primo communis historiae ait: Qui deorum curam egerat.

304. Aquarius hiemem et pisces finiunt: ab iis uer incipit, hoc est ab ariete.

312. Cinyphii tondent hirci setasque comantis.
Cinyps oppidum est et flumen Africae regionis Garamantum, apud quos hirci uillosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia, quibus nautae utuntur.

1. est *om.* *V*. 4. nunc *om.* *P*. ex *om.* *V*. 5. datum *VPE* et *E*, ei *VP*. aut] ut *V*. 6. herbam esse] Thebam est *V*. 8. tempore] ipse *V*. 9. adsumpsere *V*. 11. Tragodumenon *P*. 12. adsuerat *V*. cupidinis *V*. 14. deuorarunt *V*. funebris *V*. 18. fontes *P*. 20. Delphici *VE*, Delphis *P*. filii *om.* *VPE*. nepotis *P*. 21. Musagetis *V*. quia] quod *P*. dux *om.* *VP*: musis sacrum *E*. Luctatius *P*. 22. prima *V*. Qui] quod *P*. 23. finiunt editores: fiunt *VE*, faciunt *P*. 24. ab *om.* *P*. 25. setasue *V*. comantes *P*. 27. clicia *V*. 28. utantur *V*.

391. Munere sic niueo captam te, Luna, fefellit, in nemora alta uocans, nec tu aspernata uocantem. Pan, Mercurii filius, cum Lunam concupisset, et haberet optimum pecus, poscente ea partem pecoris pro concubitu dicitur pollicitus, et duas partes fecisse gregem, quarum alteram candidiorem, sed lanae crassioris: Lunam deceptam candore deterius pecus abduxisse poeta significat.

338. Litoraque Alcyonen resonant Acalanthida dumi. Alcyone filia Aeoli, uxor Ceycis, quae cum uiro naufragio amisso mutata est in aues alcyonas: cuius partus dum excluditur, septem diebus mare quietum est. Acalanthis est ea quae graece dicitur ἀκανθίς, dicta est latine carduelis a carduo. Dumi uocantur aspera loca inculta collicosa [alii lusciniam].

340. Mapalia, loca deserta Punica.

345. Amyclaeumque canem Cressamque pharetram. Amyclae oppidum Laconices: significat ergo Laconicum canem. Cressam, Cretensem, quia ibi optimi sagittarii sunt.

351. Ῥοδόπη mons Thraciae. Medium axem dicit septentrionem.

382. Rhipaeo tunditur Euro. Significat uento, non utique eo qui ab ortu flat, sed eo quem aquilonem uocamus. Rhipaeos montes quidam putauerunt Alpes, sed proprie sunt Rhipaei montes Scythiae. Scythium quidam interpretantur lupini colorem, quidam hibiscum.

408. Iberi, Hispani a flumine Ibero.

415. Galbanum medicamenti genus.

425. Calabria regio, in qua Brundusium est oppidum.

451. Scylla bulbi genus, unde inficitur acetum, quod scyllites dicitur. — Elleborum genus medicamenti uenenati, quod interdum mortiferum est.

1. Munera *V*. te captam *V*. 5. partis *V*. 7. candidiore *P*. 9. Ceyce cui cum uero naufragio *VP*, Ceicis quoi naufragio *E*. 10. admisso *V*. *fortasse* auem alcyonem. 12 ακανθής *V*, acanthis *P*. 18. quia] quod *P*. 19. Rhodope *P*. dixit *V*. 21. tunduntur *V*. 22. fluat sed eum *V*. 23. montis *V*. quidam *om*. *V*. Alpes *E*, *om*. *VP*. 27. Galbani *VPE*. genere *V*. 29. scyllites] scyllius *P*. 30. uenenati *om*. *V*.

461. Bisaltae gens est Thracum, Geloni Scythiae, et utrique a regionibus dicti.

475. Iapidia regio dicta est Histriae.

129. Ipsa autem macie [immodice] tenuant armenta uolentes, et deinceps uersusque sequentes. Significat sub tempore concubitus maribus pabulum subministrari ociosis debere, feminis omnia deneganda, insuperque eas etiam opere fatigandas, quia non aliter, quod ex maribus sit natum, possit conseruare corporis decorem, feminaeque, nisi ieiunio exaruerint et labore, conceptum semen retinere non possint. Nam genitale aruum sulcosque, honeste obscoena equarum per allegoriam interponens, et ostendit et texit illecebras inductio amoris.

264. Quid lynces uariae. Videtur ideo eas illi adsignare, ut per earum colorem indicetur in uino uarias hominum esse mentes, uel ut per eas saeuitia demonstretur, quod quidam poti infinitam excedunt crudelitatem, uel quod tale sit uinum, ut ui sua feras quoque sub suam potestatem redigat.

339. Quid tibi pastores Libyae, quid pascua uersu
prosequar et raris habitata mapalia tectis?

Numidae mapalia uocant tecta sua, quae subducta sunt manibus suis post amissum regem Persea inuersa pro domicilio habere coeperant.

Liber IV. 1. Protinus aerii mellis caelestia dona
prosequar.

Quidam dicunt mel in aere nasci, quidam apes colligere: quo tempore Iuppiter in Ida nutriebatur, tum primum ex aere fluxisse, eoque ipso altum.

10. Petulci, lasciuientes haedi.

11. Aut errans bucula campo. Vaccam dicit.

14. Meropesque aliaeque uolucres. Meropes dicuntur aues,

1. Scythae *P.* 2. regibus *V.* dicti *om. P.* 4. tenuarat *V.* 7. denegando *VP.* 8. quia] quoniam *P.* ex] et *V.* 9. ieiuno *V.* exaruerunt *VP.* 10. continere *V.* possent *VP.* 11. honesta *V.* 13 *fortasse* inducti. 15. inducitur *VP.* 16. demonstraret *V*, demonstraretur *P.* 18. ferasque quoque *V.* 21. *fortasse* quae subductis nauibus suis post amissum regem et inuersis Persae pro: *cf. Sall. Iug.* 18. 22. coeperit *P.* 28. ipsum *editores.* 31. aliae *V.*

auos, quas in Italia uocant barbaros, quarum uox quia multiplex capit partitionem uocis, meropes appellantur graece ἐπο τοῦ μερισμοῦ, quem Graeci uocant, nos autem partitionem uocis, quam iidem ὄπα dicunt γλωσσηματικῶς.

15. Et manibus Procne pectus signata cruentis. Hirundo quondam Procne, Pandionis filia, quaĕ cum filium suum Itym Tereo coniugi pro epulis posuisset, propter quod in auem mutata est, ideo dixit: Et manibus Procne pectus signata cruentis. In hirundinem Philomela fertur ab aliis, non Procne, uersa.

30. Casiae uirides et olentia late serpilla. Casia genus est herbae odoratae. Serpillum herbae genus est, quod a serpendo serpillum cognominatur.

63. Trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen. Melisphylla est herba, quam plerique uocant meliloton. Cerinthon est flos luteus cuiusdam herbae, quae copiosissima est in Euboea.

125. * * * in quo oppidum est impositum. Tarentum Lacedaemonii condiderunt duce Phalantho, qui sunt dicti Partheniadae, nati cum oppugnaretur Messene non legitimo matrimonio. Oebalia arx ab Oebalo dicitur in Lacedaemone hoc ipsum oppidum, quod praeterfluit Galaesus flumen. — Pompeius, cum oppugnaret piratas, remigibus eorum promisit agros, si uicisset eorum adiutorio: quorum proditione uictor Tarentinorum agros ueteranis diuisit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit. Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium Corycium nomine uxoris Promethei, quae Κορύκιον est appellata. Dictum ergo senem Corycium Cilicem intellegi uult, hoc est remigem piratarum.

1. quia] quoniam *P*. 3. a merismo *P*. quem Graeci uocant *om*. *V*. autem *om*. *V*. 4. idem *V*. *ορα P*, *οπην V*. glossematicos *VP*. 5. pectus *om*. *P*. 12. herbae est *V*. Serpilla *P*. est *om*. *V*. 13. serpilla *P*, *om*. *V*. 14. cerintha *P*. granum *P*. 15. Cerinthos *V*. 20. Partheni inde *V*. 22. fluuius *P*. 25. uictorum *V*. 27. Est] Et *V*. 28. *Κορυκιο V*, Corycion *P*.

210. Praeterea regem non sic Aegyptos et ingens Lydia.

Lydia natio est in Asia.

211. Aut Medus Hydaspes: flumen Indiae, sed Vergilius Mediae dixit flumen Hydaspen. Hi Medi duce Alexandro Porea, regem Indorum, et ipsam Indiam subegerunt.

287. Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi.

Pella est oppidum Macedoniae, patria Alexandri. Omnes autem Alexandrias Alexander constituit. Ergo Canopi Pellaei dicti sunt. Canopus est autem in Aegypto iuxta Alexandriam, a gubernatore dictus Menelai. Fortunatam autem dixit gentem propter agri fertilitatem.

317. Pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe.

Aristaeus Cyrenes et Apollinis filius est, idem pater Actaeonis, de quo locuti sumus in primi libri commentario, cum enarraremus:

Cultor nemorum cui pinguia Ceae
tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. —

Peneia Tempe: Peneos est Thessaliae flumen, quod in Pindo monte eiusdem terrae oritur. Tempe autem sunt loca frigida, opaca, frondosa, copiosa fontibus uel fluminibus. Hoc commune omnium eiusmodi locorum est, et iccirco adiectum est Peneia Tempe, quia poterant et alia intellegi. Dicitur quidem et in iis locis praecipue, ubi Peneus oritur, ut in primo Metamormophoseon Ouidius refert dicens:

Est nemus Haemoniae praerupta quod undique claudit
silua: uocant Tempe, per quae Peneos ab imo
effusus Pindo spumosis uoluitur undis.

387. Est in Carpathii Neptuni gurgite uates.

Carpathium mare ab insula Carpatho dictum, quae existimatur obiecta Peneo.

3. Lydia] Lydiae media *P*: Lydia media nationes in Asia *E*. 4. Aut *om*. *V*. fluuius *P*. 6. Paerea *V*, per eum *PE*. 8. Macedoniae *om*. *V*. 9. *fortasse* Canopi incolae. 11. dictum *V*. Potu: natam *V*. 19. Peneo *V*. 23. quia] quoniam *P*. poterunt *V*. quidem] quoque *P*. 24. in *E*: *om*. *VP*. 25. Metamorphoseos *V*, Metamorph. *P*. 26. praeruptaque (*om*. quod) *P*. claudit — Tempe *om*. *VP*: *dedi ex E*. 27. quem *P*. uno *V*.

390. Hic nunc Emathiae portus patriamque reuisit Pallenen.

Emathia dicitur Macedonia ab Emathione, fratre Memnonis, ubi est urbs Pallene. Sed Proteus in Aegypto natus est, et propter crudelitatem Busiridis dicitur Pallenen petiisse et iterum rediisse in Aegyptum.

429. Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra ibat.

Proteus deus maris, solitus se in omnes figuras conuertere.

462. Altaque Pangaea et Rhesi Mauortia tellus.

Pangaeus mons est et Rhodope Thraciae: Rhesi tellus Thracia, quae prius dicta est Aria ab Areo rege, patre Thracis et Edoniae, a quo Thracia dicta est, et quaedam gens est Edòniae. Latine autem interpretatur Aria Martia siue Mauortia. Mauors autem dicitur magna uortens deus.

467. Taenarias etiam fauces. Taenaros est Laconices litus, in quo specus est, per quem Hercules existimatur descendisse ad inferos et Orpheus.

520. Spretae Ciconum quo munere matres. Cicones natio Thracum, in qua oppidum est Ismaros.

535. Et facilis uenerare Napaeas. Napaeae sunt nymphae aruorum.

110. Et custos furum atque auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

In Hellesponto est Lampsacum oppidum, in quo Priapus formosissimus dicitur esse, quem ciues eius colunt ut deum. Is autem in horto ponitur, ut auibus formidini sit, itemque noctu furibus, quod interdiu custos uidetur stare.

232. Taygete Vergiliarum ostendit sidus: συνεκδοχικῶς una ex his hoc nomine appellatur, e qua totum astrum significatur Pleiades, quoniam cum hac Iuppiter concubuit in monte, qui ex euentu Taygetos dicitur.

2. Pallentem *V*. 5. praeteriisse et ita *P*, petiisse et ita *E*. 9. omnis *V*. 12. Aria ab Areo *E*, Arsa ab Arseo *VP*. 14. Edonia *V*. Arsa *VP*, ansa *E*. Marsia est siue Mauorsia *P*. 16. Tenaureas *V*. 20. est oppidum *V*. 21. faciles *V*. 25. Hellespontum *V*. 27. ut] aut *V*. 28. interdiu *editores*: interdum *VPE*. 29. synecdocicos *P*, synecdochicos *V*. 30. iis *P*. 31. in] cum *P*.

246. Inuisa Mineruae
in foribus laxos suspendit aranea casses.

Mars deuicta Thracia dicitur Mineruae donasse regiam puellam ex captiuis nomine Arachnen, quae subtilitate operis lanificii negauit se cedere Mineruae. Ob hoc in araneam ab ea conuersa est, et graece Arachne uocatur.

380. Maeonium Liberum patrem dicit, quia Lydia Maeonia appellatur.

371. Taurino cornua uultu [erigi.] Eridanus siue Padus, et ideo taurino uultu, quod eius sonus ut tauri mugitus, et ripae flexuosae ut cornua sunt.

2. in foribus laxos suspendit *et* casses *om. in lacunis VP*. 4. Aracne *V*. 5. linificii *V*. ab ea] a Minerua *P*. 7. quia] quoniam *P*. 9. frigi *V*: *om. E*. 10. ex ideo *V*. 11. sint *V*. Inperfectum opus | et mutilum *in fine add. V*: finis. Distichum Alcimii | Mantua da ueniam fama sacrata perenni sit fas pharsalia post simoenta legi *P*.

II.

Scholiorum

in Vergilii Bucolica, Georgica, Aeneidem fragmenta,

e codice rescripto Veronensi edita.

224 a **E**cl. 3, 27. * stipula disperdere carmen. Significanter illud Theocriti translatum locauit, *Ἀρκεῖ σοι καλά- μας αὐλὸν ποππύσδεν* | *ἔχοντι.* Disperdere eleganter, ex loco quod in triuiis, re quod stipula, sono quod stridenti. |

30. Bis uenit ad mulctram. Adnotandum quod hic mulctram feminino genere posuerit, cum alibi neutro, Inplebunt mulctr*alia uaccae. Totum* | autem est ex illo Theocriti, *Μόσχον ἐγὼ θήσω, σὺ δὲ θὲς ἰσομάρτυρα ἄμνον* et reliqua. Binos alit ub*ere foetus. Dixit* | suo more binos pro duobus, ut alibi, Bina manu lato crispans hastilia ferro. Praedicatio uitulae est, quae duos *foetus habeat.* |

31. Quo pignore certes: | quo opere confligas | uel quod praemium ad certamen exhibeas. |

b 34. Bisque die numerant *ambo pecus: ineuntes* numerum non sinunt quicquam | de grege imminuere: alter et haedos: alteruter etiam haedos, ut cura | propensior indicetur, cum etiam haedorum numerus requiratur. |

37. Alcimedontis: fictum nomen artificis. Nusquam enim laus huius operis inuenitur, | et uoluit obscuriorem sensum reddere noluit ———— [faedera] ———— orum | pignus futurae concertationis adiuuit. |

c 29. Vitulam m — | operis auditor parat — | apud ueteres — | bantur (a)ut co — | arietes a(t) tra — | hirquos hero — | lyrici tauros. |

38. Torno facil — | scalptura — | a sonitu .... |

39. Corymbi sunt hed — | fructus granis h — | inter se coeunt — |

224, 1. *Theocr.* 5, 7. 2. *EXONTEI codex.* 3. *G.* 3, 177. inplebunt *supra lineam scriptum est.* 4. *Theocr.* 8, 14. 5. *A.* 1, 313. 16. auditor *supra lineam scriptum est.* 19. *Num* at *an* ac *esset in codice dubitaui.*

40. *Et quis fuit alter. Quaeritur; quis significatus ita* de pluribus sit. Alii namque Eudoxum tradunt, plerique Aratum | — ae nomen ascribserit, nonnulli Archimeden, quidam Hipparchum uel etiam Euctemonem, de Hesiodo | — ntis conuenit, aliqui Eucliden astrologum significari putant. In medio. Cornutus sic aestimat dic|*tum esse, ut illud* In medio mihi Caesar erit, pro eminebit. | 224 * a

40. Duo signa. Duos libros putatur ostendere, quos nondum publicauerit. | 5 d

44. Alcimedontis aut | — put ueteres opinio | — lator c accipitur | — critus meminiss |

46. — edio posuit. sic seq | — (i)a opinionem | — ne Orphei traditur | — (ter) agrestes ho | — (ne) mores ab eo | — formati sunt. |

50. — *Palae*monem Augustum | — ui iudex sit poetarum | — s . . . . pora adhibenda | — e(i)uoce hoc est | — ndo. ||

5, 88. * praemiis Aiax Hectorque discedunt. Pedum autem est baculum recuruum, quo pastores utuntur, *ut operis auxilium* | aut adminiculum pedum sit, ut ait Ennius in Ifigenia, Gradum proferre pedum nitere, cessas o fide *dux*? *Pedum ab eo quod* | pastores pedes ouium retrahere soleant. Vt autem inputaret munus suum, ait Quod m*e cum saepe rogaret*, | non tulit Antigenes, additque Et erat tum dignus amari. Cetera autem ad laudandum pedum di*cuntur*. | 219 a

6, 1. Prima Syracusio: [aut nostra] ex omnibus prima, quasi primus latine bucolicon Vergilius scr*ibserit uersu usus* | Siciliensi, id est Theocriti, est autem ὑπέρβατον: nam ordo hic est, prima nostra Thalea dignata est *uersu Syracusio lud*|*ere nec erubuit siluas habitare*: aut *Siciliensi* ἀλληγορικῶς, quasi primus ex Romanis bucolicon co*ndiderit carmen*. | Syracusio uersu, Theocriti, quia Syracusae metropolis Siciliae ciuitas, de qua Theo*critus natus erat*. | ———— |

224*, 1. *Prima uersus pars membranis circumcisis periit.* Eudoxum *codex.* 2. Hippasychum *codex.* Eucdaemonem *codex. cf. Vitruu. IX,* 7, 7. 3. Eupliden *codex.* 4. *G.* 3, 16. 19, 2. *cf. Fest. p.* 249 *ed. Mueller.* 3. bouium *codex.* 5. omnib. Prima *codex.*

10 b 1. Dignata est adroganter dictum, quasi potuerit maiora scribere, *quam bucolicon*, quod ex facili compos — | ———— ———— nec sicut olim lusit Anacreon uel Veronensis Catullus, *Cui dono lepidum nouum libellum*, | arido modo pumice expolitum? Corneli, tibi: namque tu solebas meas esse aliquid putare nugas. Item Hora*tius*, *Ibam forte uia* | [sacra, sicut meus est mos, nescio quid meditans nugarum.] Siluas habitare antiqua consuetudine, sicut *Centum urbes habitant* | magnas, ut Graeci dicunt πλέει τὴν θάλασσαν, et alibi Vergilius, Caua trabe currimus aequor, pro super *aequor currere.* |

15 7. Tristia condere bella. Aut epitheton est omnium bellorum tristia aut specialiter ad ciuilia bella re*spicit*, *non canentibus* | tristia, sed illis contra quos gesta sunt. Condere pro componere: sic Horatius, Condo et compono quae mo*x depromere possim.* |

d 4. Vellit, sicut iis solemus facere quos admonemus. Vellit praeteriti temporis, ut admonuit. Cynthium Augustum ait. |

5. Deductum carmen, tenue, gracile, subtile, quale bucolicis — origo ab aucipe em — quia hae deductiores sunt, id est tenuiores. |

6. Ordo hic est, nunc ego, Vare, agrestem tenui musam modulor harundine, supersunt autem qui laudes tuas dicant. | Cupiant κατ' ἐξοχήν legendum, dicere cupiant, sed

20 inplere non possint. ||

a 9. *Non iniussa cano.* Cornutus putat hoc ad musas pertinere, sed illud magis accipiendum, Cynthius aurem uellit et admon | *uit*, *scilicet quia iussu Au*gusti admonitus sit, ut Bucolica scriberet. Si quis tamen haec quoque, si quis: iucunda ἐπανάληψις, | *si quis delectabitur his*, *lic*et *rus*ticis. Te nostrae, Vare, myricae: hoc est te

11. Catullus *ultimum huius uersus locum*, arido *primum eius qui sequitur occupat: quare dubitari potest, num tot litterae quot dedi inter utramque uocem circumcisis membranis perierint.* 12. *Hor. sat.* I, 9, 1. 13. *A.* 3, 106. 14. *A.* 3, 191. 16. *Hor. epist.* I, 1, 12. 18. Deductum — tenuiores *ex Maii auctoritate dedi.* 20. Curant *priore loco codex.* 219 *, 2. *ΕΠΑΝΑΛΗΜΨΙΣ codex.* 3. etc... iticis *uel* etc... iactis *in codice legi. Duo uel tres litterae parua membranarum lacuna et hic et u.* 4. *perierunt.*

etiam humilia canent, et pastor alibi Carminibus | *uestrum seruasse Menalcam*, *ab* numinibus nostris caneris. Varum ergo prosequitur hoc epicedio, cui etiam conlequia | *creditur sub puerorum person*is inpendere. Duobus tamen illis pastoralia nomina adfingit. Silenum uero Sirona philosophum | *uult intellegi*: *nam Sir*ona et Vergilius audiuit. Hic tamen [academicus traditur]. ||

7, 22. Quale meo Codro. Codrum plerique Vergilium 263 b accipiunt, alii Cornificium, nonnulli Heluium | Cinnam putant, de quo bene sentit. Similiter autem hunc Codrum in elegiis Valgius honori|fice *appellat* et quadam in ecloga de eo ait .... ille canit, quali tu uoce canebas atque | sole(s) numeros dicere, Cinna tuos, dulcior ut numquam Pylio profluxerit ore Nestoris | aut *doc*to pectore De*modoci*.... tra ..... ne .... llam credis mihi ...... uitam | noctem non hilarum posset ..... ed ..... falleris insanus, quantum si gurgite nauta | Criseae quaerat flumina Castaliae .... qui accipiendus est φυσικῶς. |

24. Hic arguta fistula sacra pinu pendebit: arguta, sonora, ut est Arguto percurrens pectine telam. Sacra pinu: consecrata enim solent | ea pendere, quae uoueant certamen agentes. |

6. academicus traditur *Maium secutus scripsi, quamquam maior litterarum numerus in codice esse mihi uidebatur.* 263. *Finem membranarum hi uersus non tangunt. Tres enim uersiculi,* quods | laude | fuer |, *qui ultimi sunt alius cuiusdam scholii, quod in exteriore paginae margine iuxta uerba poetae positum ad hunc inferiorem marginem decurrebat, post primorum huius scholii uersuum finem ultimam membranarum partem occupauerant. Ita factum est, ut reliqui quoque uersus non usque ad finem membranarum perscriberentur nec quidquam in fine uersuum periret. Quod cum non uidisset Maius, lacunarum signa perperam addidit et utroque scholio in unum contracto primi uersus exitum sic constituit:* Heluium. Quod s..., *secundi autem uersus exitum cum initio tertii sic:* honore *et* laude... *Corni*fici. *Lacunas quas reliqui explere conatus est R. Vngerus de Valgio poeta p.* 453 *sqq.* 3. appetat *Maius*: *ego nihil satis certe cognoscere potui. Post* ait *uestigia quaedam litterarum mihi apparebant, quae* nosdum *uel* quondam *uel simile quiddam esse mihi uidebantur: fortasse* Codrus at *uel* Codrus, *ut scribendum sit* Ille canit Codrus. 4. *Num* soles *an* solet *legerem dubitaui.* 8. ut est — telam *supra lineam scripta sunt. A.* 7, 14.

263 * a 30. *Ramosa Micon* uiuacis cornua cerui: ἔλλιψις: non enim addit aut consecrauit aut posuit, sicut illic | *Aeneas haec* de Danais uictoribus arma. Viuacis cerui et Homerus ita Ἐννέα μὲν ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη | ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος. |

33. *Sinum lactis.* Asper. Sinum est uas uinarium, ut Cicero significat, non ut quidam lactarium. Plautus in Curculione, | *Cedo puere sinum*, et respondetur ita, Quasi tu lagynam dicas, in qua Chium uinum solet esse. Sinum ergo uas patulum, | *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro de uita PR. lib. I. | *lepestam dicebant*, ubi erat uinum in mensa positum, aut galeolam aut sinum. Tria enim haec similia sunt, pro quibus nunc | *acratophoron* ponitur. Atta [in Megarensibus nempe ———— sinus apud mensam,] ubi sermo | solet suboriri seditiosus. |

37. Galatea, Nerei filia, a Polyphemo cyclope adamata conplexum eius euitans | in mare se praecipitauit ut...... .... alii Corneli | epitheton. Dicit Nerine, ut declararet Siculam esse Galateam. |

c Nerine Galatea | — m oceanina. ||

262 a 8, 21. Incipe Maenalios m. m. t. u. Antiquorum more hanc clausulam uelut epodon repetit Theocritum *secutus*, | Ἄρχετε βουκολικᾶς, μοῦσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. |

22. Argutum nemus est canorum, *ut illud Arguto tenues* percurrens pectine telas. |

22. Maenalus mons Arcadiae. |

b 29. [Mopse — c — uel de moribus nonnullis culpas — subitas pleraeque ap —] | in reatum uocatae sint, et ait quod mulier in publico osculum offerre debuerit nec obtulerit plexibil — | Ob id enim institutum hoc apud ueteres habebatur, ut probaret se temulentam in publico non fuisse uel i — | nuptias ———— ———— ———— intulisse. |

1. *A*, 3, 288. 2. *Lege* Hesiodus: *cf. Hes. fr. CVI. Goettl., Plut. de orac. def.* 11. *T. II, p.* 415 *C.* *ΟΝΤΩΝ codex. δέ] ΔΑΕ codex.* 4. *Plaut. Curc. I,* 1, 75. 7. *Cf. Seru. in hunc uersum.* haec *supra lineam scriptum est.* 262, 1. *Theocr.* 1, 64. 3. *A.* 7, 14.

30. Sparge, marite, nuces. Nuptiali festo nuces diuidi
uel in solum abici solent, ut puerorum colligentium *strepi-*
tu | uox puellae non audiatur, uel ne infausta uerba ad au- 10
res ferantur. Est et illa opinio, quod qui nuptias *ineunt*,
puériles | lusus inuiti relinqunt, ut in Terentio, Nunc hic
dies aliam uitam, alios mores postulat. |

30. Tibi deserit hesperus Oetan: hoc est tibi hesperus
ab Oeta monte consurgit. Inde etiam raptus ille ri|tus fuit
——————— ||

32. *Coniuncta uiro.* Vindictae loco degeneris uiri car- 262 * a
pit societatem. Dumque tibi est odio mea fistula, ἐρωτικῶς,
quasi non ipsum |*uirum oderit*, *sed* genus uitae: an omnia
apud eum posita odit, quia ipse despicabilis sit? |

34. *Hirsutumque su*percilium, morum grauitas luxum
refutans. Promissaque barba, annis uirilibus pasta. |
— crii ita est | — rodop.. mons est tra .... aegyp- 5 b
tum positi — | —tes, gens in extrema——————— ——————— ||

Georg. **2**, **93.** * seu quod expandi soleat *ΠΑΝΣΑ*· 236 a
OIONEI. Lageos uua leporini coloris, unde et uocabulum
sumptum est, | uel quia lepores ultra alias adpetunt, siue
quod langon est iuxta dialecticos pedibus in*firmis stare* | ac
per ebrietatem ruere, unde et pigros uel otio deditos lan-
guonas uocarunt *quod et poe*|ta euidenter notauit, Temp-
tatura pedes olim uincturaque linguam. |

99. Argitis graeca quasi Argeotis: minor uua haec me- 5 b
lior, quam si maior. |

102. Rhodia de Rhodo insula. Dis accepta, quod ex
ea maxime numinibus sacrificatur | qu ——————— ———————
——————— ——————— ——————— | poculis uel pomis pa-
rantur. |

11. inuiti *coniecit Maius:* incauiti *uel* inauuiti *codex.* *Ter. Adelph.* I, 2, 19. 262 *, 4 5. 6. *Haec ita scripta sunt, ut tria scholia esse uiderentur.* 236. *In initio paginae unus uel plures uersus perierunt.* 2. *Pro* langon *fortasse legendum* λαγγεύειν: *cf. Steph. Gloss. cessator* λαγγών: *Hesych.* λαγγων, μεταβόλος, ἔμπορος· λαγγάζει, ὀκνεῖ, οἱ δὲ λογγάζει. 5. si *mihi uidebatur probabilius, quam quod Maius legit* illa.

d 91. **Indiscretim locauit, ut quas quisque uoluerit pro
terrarum situ eligat.** |
10 98. **Phanaeus promuntorium in Chio insula, ubi Liber et
Apollo maximo** ***honore*** **coluntur** ———— **nes.** ||
236 * a 105. ——— ———— quia maxime ha-
renosum | — litus harenosum ac Libyae. |
112. *Apertos, hoc est colles* patentes sine umbra amat
Bacchus, uites bene proueniunt. Taxi arbores floribus ue-
nenatis | *quae frigidis* locis abundant, tepidioribus dene-
gantur. Arabia orientis regio abundantissima. |
5 115. *Pictosque Gelonos*, Thracas corporibus interlitis,
inlustria *habentes* membra. Sic et alibi Pictique Agathyrsi. |
Nonnulli autem de uersicoloribus eorum uestibus pictos pu-
tant dictos. |
117. *Fert ebenum,* materiem nigram et leuem, obser-
uandumque quod masculino genere dixerit, nisi forte | — nom
locutus sit ———— ———— ||
239 * a 289. *Tenui, parum* profundae fossae, et fructuosior ha-
betur uinea, quae non in profundum nimium | *alte info-*
ditur. |
299. *Neue inter* uites corylum sere ———— arboris
fructus ———— | — assandas in sacras carnes: etiam
uerua ex ea faciunt, sicut ipse alibi, Et ductus cornu sta-
5 bit sacer hircus ad aram pin|*guiaque in uerubus* torrebimus
exta colurnis ———— uitibus pecudem caprum immolant
Libero | — ede plectantur, ut hanc arborem deo uelut sa-
crificalibus flammis — |
299. *Flagella* dicuntur uitium sine fructibus summitates
de flagri similitudine, quae ante bimatum | *flagella*, postea
palmites *dicuntur a* naturali humanae palmae simili*tudine,*
quod in partes multifidas diuiduntur, ut digiti. |
d 291. Aesculus arbos glandifera, paruas tamen bacas ferens. |
10 298. Vergant, declinent, spectent. ||
221 a 353. * signum illud formatum putetur. Est enim in lin-

236*, 1. *Maxima huius uersus pars cultro circumcisa est. Maius post* harenosum *addidit* . . . id est. 5. *Ante* membra *uidebar mihi legere* . . . . sed *uel* . . . . ad. *A.* 4, 146. 239*, 4. *G.* 2, 395.
8. diuiditur *codex.*

gua extima caniculae, stella ardentissima, quae solet | ger-
mina male operta torrere. |
——— ——— ——— uitibus spargis. | b
352. Vrgerent, premerent. || d
368. — tibus sumant interiecta | — reuerint. Stringe 221 * a
comas, attonde luxuriantem. |
373. — enter monco ——— ——— | *pecus frondi* b
super elementorum uim nociturum intellegat, nisi cauerit. ||
535. Septem arces: septem montes, *unde* etiam dies 222 a
sacer septimontii constitutus est. |
536. Dictaeus. Graeci ——— ——— | Im-
pius ——— ——— |
538. Aureus Saturnus, aurei saeculi auctor, cuius in Italia
latentis regnum iustissimum | qui ——— ——— |
3, 1. Te quoque, magna Pales ——— ——— b
quae ita-n — | Palem inuocat de pecorum studiis prouenti-
busque dicturus, *quibus praeest Pales.* Εὐπόρως quidem *ad*
propositum | se parat, *sed quoniam in prooemio primi li-*
bri Maecenatem adlocutus sit, haesitant, quod a deo *no-*
uum librum inchoa|uerit: sed in eo Maecenatem ad uicem
numinis est precatus. Magna Pales potest communi *sensu*
intellegi | et magnis ——— ——— ——— so-
lus relligionem — | coli statuit, et cuius die Romam condi-
dit, id est Palilibus. Sic et alibi [poeta], Nunc ueneranda
Pales. Appellatur | et Pales Matuta, cuius templum Atili-
us Romulus uouit ἀντιδιαστέλλων, unde magna *Pales dicta*
est. ||
2. *Pastor ab Amphryso, Apollo, cui Ad*meti pecus 222 * a
traditus est, qui iuxta Amphrysum, Thessaliae fluuium, huic
subiacuit ser*uus.* | *Siluae amnesque* Lycaei. Lycaeus
mons Arcadiae, circa quem Pan deus colitur. Arcadia autem
abundat his | *pastoriciis etia*mnum relligionibus, unde et
idem Pan Lupercus colitur. Cetera quae uacuas tenuissent |
carmine mentes: uacuas mentes scribentium intellegendum.
Sic Lucretius Vacuas aures animumque sagacem. |

221. *Inter lineas scholium duorum uersuum exstat, cuius extrema tantum uerba legere potui haec* ad mores contra plura. 221*, 1. interiecta] intellegi *legit Maius.* 222, 11. *G.* 3, 295. 222*, 4. *Lucret.* 1, 45.

3. Accipitur et uacuas otiosas. Omnia iam uulgata, in uulgum data ac per hoc relinquenda: | *noua enim poetae* sensui libentius tra*dere solent,* quam mussationes persequi. |

4. *Eurysthea durum*, dure Herculi imper*it*antem, *et duritiem* circa eum exercentem, unde illud est Homines nati durum genus. | *Eurystheus autem*, Stheneli filius, rex Argiuorum, Herculi athlas XII imperauit. |

6. *Hylas*, *Thiodamantis* filius, inter Argonautas comes Herculis, in Mysia raptus a nymphis et font*e hau*stus est. | *Latonia Delos. Apo*lline et Diana Latona grauida insequentem draconem Delo inuecta uitauit, | *postquam in coturn*icem auem, quae graece ὄρτυξ dicitur, uersa *a Ioue erat, unde Delos insula postea* | *Ortygia etiam no*minata est. |

7. *Hippodameque.* Oenomai filia — uelocit — quos certamine exsuperauit; quae per fraudem | — ercori filio —————— —————— —————— oum | — umerique Pelops —————— mythici tradiderunt Tantalum Iouis filium | — autem Pelopis —————— —————— —————— adfixum | — et ut lautissimis dapibus [adpositis] furiarum agmine prohibeatur attingere — pulae genus | — pellatum s —————— —————— Seruilianus historiarum scribtor | — uerit eburnum appellatum tradidit Minerua —————— ex ebore | — cetera membra reparassent. |

12. *Primus Idymeas. Regnum* Idymeorum regio Iudeae musarum numini sacra. Eleganter autem regionum conla|*tione utitur* — quid aliud . . . . . . dixerit Idymeas specialiter palmas, quia illic et plures et pro|*ceriores fiunt.* |

d 11. Aonio uertice. Helicone, Boeotiae monte musis sacro, quae Vergilium ad Romanam linguam sequantur. ||

264 a 351. Rhodope porrecta sub axem, id est ad septentrionem porrecta. | Longissime autem hic mons iuga sua extendens: | mons hic indeclinabilis est. ||

7. *G.* 1, 64. 11. postea] poeta *legit Maius, ipse nihil certo cognoscere potui.* 21. 22. *Praeter ea quae cultro perierunt senae fere litterae in initio utriusque uersus legi non potuerunt. Priorem autem uersum ita scripsit Maius:* Idymeas palmas. (Palmas) Idymeorum.

364. *Vmida uina*, non per se umida, sed aquae ad- 264 *
mixtione | *calore moderato* et ideo gelu stricta. Purum
enim | *dum est uinum*, *num*quam gelatur. |

367. Secura otia, nihil laboris habitura cum latibulo. || b

382. Rhiphaeo Euro, Scythico. Sed nunc Eurum | non 261 a
suo nomine significauit, quia ab oriente | flatus illius est,
sed per metalepsim quemcumque uentum dixit, attamen | Aqui-
lonem proprie accipiemus, | cui s ———— ||

391. *Munere lan*ae. Traditur speciosi arietis munere 261 *
lunam a Pane delusam fuisse: || *quare et uel*lera quaedam
nitapannos et paniculas uocauerunt. ||

4, 444. Hominis ore. Deus *artibus Aristei captus*, 251 b
quia uaticinaturus est, | os hominis traditur induisse, ut lo-
quens responsorum seriem ab Aristeo | possit intellegi. |

445. Nam quis te pro quisnam, poetica usurpatio, ut
reuersione syllabarum | loquendi *difficultas et perturbatio*
animi dei uaticinaturi notetur, | quia nondum se diuina-
tio tota collegerat, et minaciter correptus irascitur. ||

451. *Ardentes* oculos. Diuinaturi imaginem | *uultu* 251 *
commotiore designat. |

463. Actias Orithyia. Attica, quae Acte aliquando b
uocata est, ut Callimachus et alii tradiderunt. | Orithyia,
Erechthei filia. Haec a Borea rapta et aduecta in Thraciam
edidit ex se Zethum | et Calain. Per Orithyiam autem ul-
timam Thraciae partem significat ad septentrionem | locatae. ||

524. Oeagrius Hebrus: epitheton flumini de regis no- 258 a
mi*ne imposuit*, | quia patria Oeagrius, aut Orphei patris. |

535. Faciles Nap*aeas*, | fluctuan*tes et* | natura *flexibi-* c
les. |

535. Quia graeci nemora nape uocant. | d

Aen. 1, 1. *Arma uirumque cano*. *Arma* ponuntur 256 a

264 *, 2. *Num* to *an* eo *esset in codice dubitaui*. 261, 3. metalemsim *codex*. 261 *, 1. *In initio uersus non* ae, *sed* ar in codice *legi*. monere *codex*. 2. *fortasse* nitida pannos. *In margine exteriore tria scripta erant scholia, e quibus Maius uidetur effecisse id quod ad u. 402. posuit*, Calathis, quae uulgo panaria uocant. 251, 2. ab *supra lineam scriptum est*. 251 *, 4. Erichthaei *codex*. 258, 2. Orphaei *codex*.

pro instrumentis rusticis, ut Dicendum et quae sint duris agrestibus arma | ponuntur pro caestibus, Paribus palmas amborum innexuit armis: ponuntur pro pistorum *instrumentis,* | Cerialiaque arma expediunt: ponuntur proprie suo nomine arma cum telis, Arma, uiri, ferte *arma*: *et item in* | parte orationis ponuntur pro fulgore, Armatumque auro circumspicit Oriona. Significat *et instruere,* | Ferrumque armare ueneno. Accipitur et pro bello, ut hic Arma uirumque cano. |

1. Vir tribus modis ad intellegentiam datur. Ponitur enim natura, uirtute, adfinitate: na*tura*, *Bella uiri pacem*|que gerant: accipitur pro uirtute, Haeret pede pes densusque uiro uir: adfinitate, O dign*o coniuncta uiro.* | Canere quatuor significationes habet: ponitur pro cantare, Hic canit errantem lunam: ponitur pro p*raedicare, Et mihi iam* | multi crudele canebant exitium: ponitur pro uaticinari, Ipsa canas oro. Pro carmine hic accipi*tur*. |

1. Troiae ab oris. Per perifrasin circumlocutus est ab oris Troiae pro a Troia. Significantur aut*em litora maris,* | ut est Pauci uestris adnauimus oris: significantur fines, Italique hanc litoris oram: significan*tur et extremae* | clipei partes, Subit oras hasta per imas: significantur et regiones, ut hic Troiae qui primus ab oris | primus ——————— ——————— scribamus. |

1. Arma semper plurali numero enuntianda, sed hic per *μετωνυμίαν* bellum intellegetur. | *Μετωνυμία* est per id quod continet id quod continetur, ut dicitur Ceres pro frugibus, arma pro bello. |

b 11. Inpulerit hic coegerit, alibi significat inpingere, Inpulit in latus: significat et temptare, Inpulerat ferro: | significat aperire, Inpulit ipsa manu portas. |

256, 1. *In hoc uersu admodum circumciso, ita ut praeter u.* ponuntur *nihil relictum sit, supplendo secutus sum Maium. Fortasse autem ante hunc alii uersus perierunt.* *G.* 1, 160. 2. *A.* 5. 425. 3. *A.* 1, 177. *A.* 2, 668. 4. *A.* 3, 517. 5. *A.* 9, 773. 6. *A.* 7, 444. 7. *A.* 10, 361. *E.* 8, 32. 8. *A.* 1, 742. *A.* 2, 124. 9. *A.* 6, 76. 11. *A.* 1, 538. *A.* 3, 396. 12. *A.* 10, 588. 13. *Incipit uersus in media fere linea, ita ut u.* primus *sub u.* imas *collocatum sit.* 14. per *om. codex.* 16. *A.* 1, 82. *A.* 2, 55. 17. *A.* 7, 621.

3. Iactatus et alto. Altum significat mare, ut hic: significat et caelum, Maia genitum demittit ab alto: *significat profundum*, | ut Spelunca alta fuit uastoque immanis hiatu: significat amplum, ut Altaque Pangea: significat *magnum, ut* | Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. | 20

10. Insignis ponitur pro admirabili, ut hic Insignem pietate uirum: ponitur pro precioso, ut illic *Insignem* | pharetram: ponitur pro decoro, Insignis facie genitor, quem miserat Arcens. |

12. Tyrii coloni: hi qui a Ty*ro ducunt ori*|ginem condiderunt —. | contra ———— regiones posita sed quo — | c 25
qui Itali nu — ||

16. *Iunoni poetae* hastam et cassidem tradunt. Venus 256 * a
etiam armata perhibetur. Est aute*m praetere*a currus. | *Nam curru sacerdos* matris deum uehitur, unde et Iunoni potest hoc uehiculum deputari, sicuti ipse poeta ait, | *Quaesitas ad sacr*a boues Iunonis et uris inparibus ductos alta ad donaria currus. |

21. Belloque superbum. Hic posuit superbum, ut in b
tertio, Iuuenem superbum: sed intellegitur et | *gl*oriosum: 5
accipitur clarum, Vtroque superbum: intellegitur et imperiosum, Nos patria | *ami*ssa dominis parere superbis cogemur. ||

240. * interdum pro statu incerto, ut illud, Dum quae 253 a
fortuna sit urbi: saepe ponitur pro aduersa, ut hic Nunc eade*m fortuna uiros*: | aliquando pro prospera, Nec habet fortuna regressum: accipitur pro occasione, Si fortuna permittitis uti: *accipitur et pro* | successu, Sortitus fortunam oculis: interdum pro necessitate, Si qua interea fortuna fuisset. |

237. Genitor melius, quam pater, quia pater fit et adoptione, genitor nonnisi qui genuerit. V*ertit, inflexit te* |
uel inmutauit, id est a promisso retraxit, ut alieno instinctu, 5
non sua sponte mutatus sit. |

18. *A.* 1, 297. 19. *A.* 6, 237. *G.* 4, 462. 20. *A.* 10, 875. 21. *A.* 8, 166. 22. *A.* 9, 583. 256, 3. *G.* 3, 532. 4. *A.* 3, 326. 5. *A.* 7, 630 Tiburque superbum. *A.* 12, 236. 253, 1. *A.* 1, 154. 2. *A.* 11, 413. *A.* 9, 240. 3. *A.* 12, 920. *A.* 9, 41.

b **242.** Antenor Troianorum primatibus mixtus de reddenda Helena saepe auctor fuit, Menelaumque et Vlixen | ne Paridis insidiis sternerentur admonuit, et ut ab aliquibus traditur, ipse defendit, ob quod meritum | capto Ilio incolumis euasit. Hic iuxta fontem Timaui *fluminis consedit et urbem* statuit, | quam Patauium nominauit. |

243. Illyricos sinus. Cadmus, Agenoris filius, relictis Thebis comite Harmonia coniuge fortunae iniurias *sustinens*, | fines Macedoniae supergressus paruulum filium, qui iuxta Illyricum fluuium ab Harmonia editus fue*rat*, | dereliquit. Hunc serpens spiris suis innexuit et donec ad adultos ueniret annos, amplexu corporis fouit | imbuitque uiribus, quibus omnem illam regionem sibi subdidit. [Hic ex uo]cabulo [suo Illyrium] *denomi*nauit. ||

253 * a **247.** * uas aues Antenor secutus traditur ex responso. Sunt qui Patauium a Patena palude dictum putent, quae prope | *urbem fuit*: *alii eam a P*ado flumine uocatam uolunt, ut littera una sit mutata postea ex Padauio. Antenor autem traditur | *comites suos Henetos*, qui ex gente Paphlagonum secuti erant amisso duce Pylemene adposito digammate Venetos appellasse: | *de quibus etiam* Homerus ita ait: *Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ.* Genti nomen dedit. Potest pro | *progenie accipi*, ut est Cui genus et nomen quondam natique fuissent, et alibi Et nos aliquod nomenque decusque gessimus: *hinc dicunt Pa*-*tau*ini gentiles se Romanorum. Sed haec intempestiua interpretatio est. |

b **259.** *Ad sidera caeli.* Aeneas uxore et regno potitus Latino mortuo Etruscos certamine premens in conflictu bellico | *petitus nusquam ap*paruit et Numici fluminis gurgite haustus putatur, cui Ascanius hostibus deuictis in loco quo | *postremo pate*r apparuerat Aeneae indigeti templum dicauit, ad quod pontifices quotannis cum consulibus | *ire solent sacri*ficaturi. |

11. *Pro* fue *fortasse* fuit *est in codice, ut nihil desit.* 12. *Supplementa Maii addidi.* 253*, 3. Poelemene *codex.* digrammate *codex.* 4. *ΔΗΣΕΙΤΟΠΥΛΕΜΕΝΗΕΛΑΕΙ*on *codex.* *Il. B* 851. 5. *A.* 5, 621. *A.* 2, 89. 6. interpraetatio *codex.*

249. — Antenoris | — aponi. esse | — tus Apollo dic- c tus | — dolores fu|get. ||

2, 81. * et Pacuuius in Teucro, Nihilne a Troia adpor- 205 a tat fando: Lucilius in II, Fandam atque auditam iterabimus *famam. Itaque hic* | patiendi uim, non agendi habet, supra uero, Quis talia fando Myrmidonum, actiuo modo enuntiauit. |

82 Belidae nomen Palamedis. Nauplii quidem filius Palamedes, sed longius repetita origine Belidis epitheton *posuit et ad Belum* | refert. Origo autem eius talis traditur: Epaphus Iouis et Ius filius de [Euxia] Elidis amnis filia Memphi *genuit Libyam*, | ex qua et Neptuno Belus [et Agenor] nati sunt, ex Belo Danaus et Aegyptus, ex Danao Amymone, soror*um L una*, *ex qua genuit* | Neptunus Nauplium: huius Proetus, et Proeti *filius fuit* Laernus, cuius Naubolus filius et inde Clytius, *ex quo Nauplius*, | et ex eo Palamedes, de quo nunc Sinon loquitur. Varro Argonautarum primo, Ecce uenit Danai multis *celebrata propago.* | Namque satus Clytio Laerni, quem Naubolus ex se, Laernum Naupliades Proetus, sed Nauplion edit fil*ia Amymone Europae* | Danaiq*ue superbi.* |

90, Pellacis, circumuentoris uel etiam corruptoris a uerbo b qu(od est) pellicio, id est circumuenio, sollicito, trado: | Lucretius, *Nec poterat quemquam* placidi pellacia ponti. |

83. Falsa sub [proditione. Filaetia est *qua* ———— ———— *pati reum*] per Palameden. *Nam* | quia genus trahebat a Belo non potuisset a commilitio uacare Graecorum, proditusque in illa simulatione fur*oris* | corrupto satellite eius noctu aliquid auri in tabernaculo illius obruit fictasque de proditione mox fut*ura* | litteras Agamemnoni de-

15. *Sequuntur undecim uersuum fragmenta, quibus quattuor scholia comprehensa erant.* 205, 2. *A.* 2, 6. 4. Euxia *Maium secutus scripsi, ipse ut incertum e codice notaui: fortasse* uxore Nili amnis.
6. Protaeus *codex. Post* Proeti *nouem litteras deesse e codice adnotaui.* 7. *cf. Apoll. Rhod.* 1, 133. 9. *Perspicere non potui, utrum post* Danaiq *paucae litterae in codice essent, an* Danaiq· *scriptum esset reliqua lineae parte uacua relicta.* 10. *Pro* quod est *Maius dubitanter* quidem. 11. *Lucret.* 5, 1002.

dit, quod cum penitus adseueratum fuisset, innocens Palamedes damnation*e* *periit.* ||

205 * a 101. * — *Pos*tea quidem ad alias personas pertinentia proferuntur. Ceterum ad ipsius Sinonis actus uenitur | *et bene fraus su*mma contexitur. Nam neque ullis adpetitus insidiis est neque deuotus hostiae neque fugiendi | *fuerunt enses*, denique sic de omnibus iurat, ut per ea quae non fuerunt dans sacramentum careat obiurga|*tione.* |

5 b 103. Iamdudum sumite poenas. Iamdudum *significat ex longo tempore, sed accipitur pro quamprimum*, ut | Iamdudum erumpere nubem ardebant. Plerique tamen sic distingunt: idque audire sat est iamdudum, | *ut* sequatur postea quasi ex fiducia, *sumite poenas.* |

104. Hoc Ithacus uelit et magno mercentur Atridae: elegans fraudium color, ut quidquid suppliciorum | Sinoni fuerit inlatum Graeci sint uindicandi. |

10 c 163. Impius Tydides *epitheton est* | generis, indeque *propter patrem* | impius nominat*ur*. ||

206 a 164. * suae potestatis et sapientiae noctu occisis arcis custodibus Diomedes et Vlixes in castra Palladium *abstulerunt*, | ac tunc Diomeden Vlixes, ut tantae laudis titulum solus adquireret, temptauit occidere. |

165. Fatale Palladium, in quo fatum Troianorum constabat: alibi Scandit fatalis machina muros. |

b 165. Fata quatuor modis ponuntur. Aut enim ab his dis .... aedem et par-
5 ca — | quae et responsorum significatione intelleguntur, ut est Fracti bello fatisque repulsi aut uniuers — | constituta, ut Haec finis Priami fatorum, aut Quo te(rationes et) fata uo-

205*, 2. contexitor *codex.* 3. foerunt *codex.* 6. *A.* 1, 580. 10—12. *Haud scio, annon in pagina indicanda errauerim, praesertim cum uersus in fine potius quam in initio obtruncati esse uideantur. Ceterum u.* 1—3 *quoque non ad eum quem adscripsi uersum, sed ad u.* 155 *apposita esse exspectaueris, unde possis suspicari omissis aliquot uersibus uersus* 103. 104. 155. 163 *in una pagina scriptos esse.*

206, 3. *A.* 2, 237. 5. *A.* 2, 13. 6. *A.* 2, 554. rationes et *dubitanter e codice descripsi: Maius* ... ac ... „*ita cum spatiis*" *in codice esse ait et conferre iubet A.* 6, 147. *Mox quae se-*

cant, id est quae t — | quae .... feratque laborem traduntur eti — | fatalia fuisse, ex qua significatione hic dicitur fatale Palladium. |

165. De Palladio sane [haec pauca]. Duo Palladia traduntur [*exstitisse,* alterum in] Attices regione, *alterum* | in Troade, adque illud quod Athenis repertum est uidebatur ponti inlabsum, unde apud illos tu*m colebatur dea* | *Γεφυρῖτις Ἀθηνᾶ.* Alii sic existimant, quod ex Samothracia in Troiam Dardanus transtul*it, quod etiam* | megalos uocant, cui responsum fuit tamdiu mansuram Troiam, quamdiu id mansisset inco*lume.* ||

[**170.** Auersa deae mens | Iunone diua solo | auersa tenebat.] 206 *

171. * — alii in Libya esse confirmant, quidam etiam a paludem interpretantur, ut Santra antiquitatium libris, | *alii quod graece θ- ρεῖν* sit *φοβεῖσθαι* et Minerua hominibus in proeliis metum iniciat. |

173. *Salsusque per artu*s sudor iit. Hoc epitheton demonstratiuum, quo totius corporis sucus etiam gustu potuerit agnosci: | *Salsus nam*que laborando manat de corpore sudor. Probus malo epitheto putat usum poetam, critici uero naturalia | *epitheta a poetis* nusquam inhoneste putant locari. |

178. *Omina* ni repetant Argis numenque reducant b ——— relligionem omina uitiose repetuntur | — o unde progredi ——— ——— ——— | — am proficiscitur, inde saucius nulla re gesta memoriae mandanda obiecta relligione numinum rediit | — amque repetiit ——— ——— ———si forte | — quispiam princeps senex recipiebat [sortisque] adque auspicium repetebat domo. ||

289. *Heu fuge, nate dea. Horum uerborum uim* 231 a

quuntur ita exhibuit: Id est quo ... (adiuuante) Deo aguntur ... *Et quo quemque modo fu*giat feratque, *coll. A.* 6, 893. 9. alterum *in fine recte addidit Maius, quamquam nullum uersus mutilati indicium exstabat.* 11. *ΓΕΦΥΡΕΙΤΙΣ codex.* 206 *. Auersa *sqq. Haec, quae a me non collata ex Maii auctoritate dedi, in exteriore huius paginae margine posita esse uidentur.* 1. interpraetantur *codex.* 4. *cf. Macrob. Sat.* 6, 1. 231, 1. *Prior uersus pars cultro periit.*

et pronuntiationem prior uersus adstruxit, cum dictum *sit*, *Gemitus imo* | de pectore ducens. Summa autem celeritate enuntianda sunt omnia quae debent urgere fugiturum. |

293. Eleganter ait Troia commendat, potius quam ipse commendare se dicat. Cuncta enim sic Aeneas agit, ut ui-d*eatur patriae* | praestitisse, quod fugit. Sunt autem in his uersibus quae cum ἔκτασι pronuntianda sunt: sacra quae ostendo, *uel haec, hoc est* | quae sola habet, tibi commendat, qui solus de ciuibus remansisti. |

b 295. Pererrato statues quae denique ponto. Vaticinii more somnii monita clauduntur, ut sit securitas prae — | cum ——— ——— ——— cum postremitat[em] — | magna. Ita dictum et illud, Tu moenia magnis magna para. |

299. Quamquam secreta parentis Anchisae domus E ——— ——— saeuire incipie[ns] — | ideoque remotam patris domum fuisse confirmat, cum Me*tro*dorus referat Anchisae aedes in lo*co abscondito* | Troianae urbis fuisse. ||

231 * a 302. * — tis solemus expelli sic incusso torpore subito horrore quassamur. |

305. *Rapidus mo*ntano flumine torrens. Asper: montano, magno, aut quod monte decurrat rapidus, et torrens *dicitur is* | qui aestate arescens hieme attollitur, quem Graeci χειμάῤῥουν uocant: sed nos ei nomen | *ab aestate* posuimus, Graeci ex hieme. |

310. *Iam Deipho*bi dedit ampla ruinam. *Obseruandum quam sapien*ter primam Deiphobi domum arsisse confirmet, de quo in VI | *haec causa* additur, quod scilicet post interitum Paridis Helena ei tradita sit, et ob id in eius domum prima Graecorum | *incursio f*uit. |

3. Troiam *pro* Troia *in codice esse ait Maius: ipse nihil notaui.* res
4. patstitisse *codex.* 8. *A.* 3, 159. 10. me.... dorus *e codice descripsi. Quattuor enim litterae lacuna membranarum haustae esse uidebantur.* 231*, 3. *ΧΟΣΜΑΡΡΟΥΝ codex.* 5. *A.* 6, 494 *sqq.* 6. primam *et in sequenti uersu* isse *pro* uit *legit Maius: mihi ea quae posui probabiliora uidebantur.*

311. ***Proximus ar***det Vcalegon. Pro domo Vcalegontis nomen ipsius posuit, sicuti dicimus ei ad cuius domum ierimus, ad te fui: | ***ita supra***, ***Vl***tro Asiam magnam Pelopea ad moenia bello uenturam. Nam per Asiam incolae Asiae intelleguntur. |

313. ***Exorturque cl***amor uirum clangorque tubarum. 10
Homerus nullum tubarum usum in nocte constituit: | ***immutation***em rerum omnium etiam ex hoc confirmat Aeneas, quod ad conuocandos socios non solum ignis indicio, | ***uerum etiam*** tubarum sonitu Graecorum multitudo commota sit. ||

472. ***Frigida sub terra tumidum quem bruma tege***- 228 a
bat: conueniens comparatio, ut sicut serpens | sub terra latuerit et in auras subito eruperit, ita et Pyrrhus in equo clausus tali specie | in bella processerit. |

479. ——— ——— ——— acutum uocarunt, | unde et bipennis dicitur ex utraque parte acuta. | 5 b

473. Quaeritur ab aliquibus, utrum bene positum sit c
exuuiis | in sig|nificatione pellis. Dialectici enim tradunt inde bene dici | exsu|uias, unde dici et induuiae recte 10
possint. ||

496. Spumeus amnis. Plus est spumeus, quam spumo- 228 * b
sus, | ut est Nemora inter frondea pro frondosa. ||

634. * flammis opprimatur incendii. Tale est etiam illud 220 * a
quod | praestitit Aristeo, cum dixit poeta, Curuata in montis faciem circumstetit unda. |

623. Magna numina, uel primae inter caelestes potentiae, uel magna intoleranda, cum in excidium Ilii | saeuitiam etiam multitudo cumulauerit. |

632. Descendo. Qui legunt deo fatum uolunt dictum. 5 b
Sallustius quoque auctor est occultam potentiam deum uocari: *fecit* | ut tanta repente mutatio non sine deo uideretur. Ipse etiam poeta alibi, Sequimur te sancte deorum quisquis *es*. | Qui uero legunt dea matri adtribuunt Aeneae

9. *A.* 2, 193. 228, 1. *Prior uersus pars cultro periit.* 6. *sqq. In interiore margine haec posita sunt: quo factum est ut nihil periret in fine uersiculorum.* 228*, 2. *A.* 1, 191. 220*, 1. 2. *Haec maiore interuallo a reliquis disiuncta sunt.* 2. *G.* 4, 361. 6. *A.* 4, 576.

liberationem. Flammaeque recedunt ad id refertur, quod *Tenent* | Danai qua deficit ignis. Sed cum [epichi]rhemate hoc dictum est, ut Veneri obtempe[rent] flammae obsequen*tes deae*, | et ita antea spopondit filio securitatem, Nusquam abero. |

10 d 632. Legitur et deo. |

248 a 649. * cuius rei Vergilius sciens uoluit seriem facti huius euoluere. Epicurei autem ita tractant, ut poeta elocu*tus est*, | uentumque igneum fulmen uocant ac nubibus excuti aiunt, sicut et Lucretius tradit. |

657. Men efferre pedem genitor: non sine te neque ——— ——— | et amans ——— fatalis sed tertio ——— inprobetur euentus | ——— ——— ——— et illud de Aeneae pietate | ut nollit etiam ipse discedere, si pater detrectet euadere. ||

248* a 668. * ocior instiget: subdendum est armet, adque id ita duplicis causae ratio deposcit, ut et pro consuetudine hominum | eorum qui morantur tarditas increpetur et ad inuidiam pertineat Anchisae, qui filium conpulerit periclitari | ——— ——— armatus Aeneas ante arma fefellerit, sed Graecorum habebat. |

664. *Hoc erat alma* parens. Scandendi difficultatem primae syllabae breuitas facit, nisi .o. uocalem aut finis partis orationis | *hic longam faci*et aut .c. consonantis litterae *geminatio*, *quae* dum in utraque syllaba sonum praestat, pro duabus posita | *uideri potest*, ut illud Mezentius hic est. |

b 670. *Numquam omnes* hodie. Sic in Bucolicis, Numquam hodie effugies: Plautus in Colace, Si me tu hodie inuitaueris *num*quam quicquam | — Titinius in Iurisperita, Numquamne mihi licebit hodie dicere: Cato in contione Apirensium, Bellum fecimus | — tris missi ad[uersus — quos — censorem habuistis neque] — upli pectore adsecutus. |

673. *Ecce autem complexa* pedes, σχῆμα διανοίας.

7. *A.* 2, 505. 9. *A.* 2, 620. 248, 1. coius *codex.* Epicuri *codex.* 2. *Lucret.* 6, 294 *sqq.* 248, 5. geminatio quae] aut (g)em... *Maius, mihi nihil satis certo apparuit.* 248*, 6. *A.* 11, 16. 7. *E.* 3, 49. 8. Epirensium *e coniectura dedit Maius.*

Haec enim omnia non tam narrationem, quam *aliquod* spectaculum | *continent*, *nec ut* ante nuntiantur. Paruumque patri tendebat Iulum. Plus est, quam si dixisset mihi, ut ad retinendum | *filium magis fortis* uis affectionis esset hoc nomine. |

665. Eripis pro eripiebas aut ereptura eras. || d

678. Et coniunx quondam tua relinquor, feminei dolo- 245 a
ris obiectio, qua nec deus ea marito uxor relinquenda proponat*ur* | prius personas ad suffragium retentionis obiciat, tamen ubi ad suum peruenit nomen, obliuionem *sui* | accusat. |

687. Peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse b
———— ssunt Naeu*ius* — | qui ita de eo ait: doctus An- 5
chisa Venus quem pulcherrima diu*um* fata docet, diuinum ut pectus haberet plu — | post nox serena est. ||

693. *Intonuit laeuum*, sinistrum, id est bonum ab eo 245 * a
quod ———— ideo dictum sit | — od in posticis id est ratum. Sed fulmen unde exoritur, id seruari oportet, et tonitru ubi desinit | — a tonat, optimum fit auspicium, si modo non posticis, sed anticis euenit. |

694. *Stella facem* ducens ———— qui ait Troianos
stellam ducem discessionis habuisse | — um exactius, quid si fa- 5
cem ducens? Omnes enim qui de prodigiis aliqua scribserunt aiunt, quod si | — o exciderit ———— rtendas. Atqui Anchises uelut bonum auspicium esse laetatus est | — a peritis magis acceptum est, quod in re — dolosis aduersa signis prodigia casibus expe | — ||

703. * discessionis et uaticinii .... 223 a
.... reparandae gentis interpre — | ut non pe-

12. omine *codex*. 245, 1. nec decore a *scripsit Maius, qui* decus ea *esse in codice ait: fortasse* ne Creusa. 3. *Sequuntur tres uersus a Maio neglecti eaque de causa medicamento non tacti: quo admisso, cum nihil altera scriptura tectum sit, omnia facile legi poterant. Ceterum aegre cognoui haec uerba* sed ex Seruii Tullii historia describitio — in regia | leuis hic. 5. deo *pro* de eo *codex. Cf. Prob. p.* 14, 2. *sqq. Fortasse sententia uerborum et numerus litterarum ita restitui poterat:* fuisse *et diuini quiddam habuisse probare* possunt Naeu*ius et Ennius in An.*

risse Troiam signorum praesentium maiestate doceatur, qui numinum fauor a — | nitate reseretur. ||

223 * a 714. *Templum Cereris* desertae, quasi a filia derelictae, perpetuumque epitheton faciunt propter raptum Proserpinae uel | *propter sacerdotem*, quem postea aput inferos uidit Aeneas. Imitatio sane huius epitheti et inde tracta existimatur | — ope . ndumon. ara est Isidis desertae, sic appellatae propter huiusmodi causam, quia quondam ex libris | — ut acr . . et per inprudentiam agnae hostia consecrata, quod uictimae genus adeo a cultu deae eius alienum est, | *ut sacerdotes, qui sacra* eius celebrant, agnina carne penitus semet abstineant. |

719. *Flumine uiuo. Solent* quidam calumniari, quid dixerit uiuo: sed est consuetudo, ut dicatur aqua uiua quae suo tantum riuo meat, | *nec augetur alio*, (uelut) semper means in eo paludis portu nec (more) torpescens. |

721. *Latos umeros. Iure* dictum est latos, nec notanda iactantia est in ueritate, sicut illud in primo, Sum pius Aeneas. Succedoque oneri: | *hoc est haec omnia* sustollo ualidis umeris — [genitorem Elisio na — sacra contactu uetat.] Dextra se paruus Iulus inplicuit, | *dextram tenuit*, et dictum inplicuit propter pueri trepidationem. |

b 717. *Cape sacra* manu. Varro secundo historiarum refert Aenean capta Troia arcem cum plurimis occupasse magnaque hostium | *gratia obtinuisse abeundi* potestatem. Itaque . . . . . . uellet auferre cumque circa *aurum* opesque alias ceteri morarentur, Aenean patrem suum collo | *tulisse mirantibus*que Achiuis hanc pietatem redeundi Ilium copiam datam ac deos Penates ligneis sigillis uel lapideis terrenis quoque Aenean | *umeris extulisse*, quam rem Graecos stupentes omnia sua auferendi potestatem dedisse, eaque *ratione saepius redeuntem omnia e Troia abstulisse et in* | *nauibus posuisse. Atticus* de patre consentit, de dis Penatibus negat, sed ex Samothracia in Italiam deuectos, con-

223, 3. *Primae litterae incertae sunt, ita ut* ore.ndumuris *legi posit.* 6. sed *supra lineam scriptum est.* 7. mori *legit Maius: fortasse* morte. 8. *A* 1, 378. 12. *Vtrum* uellet *an* uelle *legerem dubitaui.* opesque alias *supra lineam scripta sunt.*

tra quam opinionem refertur | *fuisse simulacr*a Vestae incensis deae eius aris ex ruinis Troicis liberata. Additur etiam a L. Cassio Censorio miraculo magis Aenean patris | *dignitate sancti*orem inter hostes intactum properauisse concessisque ei nauibus in Italiam nauigasse. Idem historiarum libro I ait Ilio capto | *Aenean cum dis Pena*tibus umeris inpositis erupisse duosque filios Ascanium et Eurybaten bracchio eius innixos ante ora hostium prae|*tergressos, datas* etiam ei naues concessumque, ut quas uellet de nauibus securus ueheret. ||

3, 691. Comes infelicis Vlixi. Cornutus: num inde- 247 a
core hoc dicitur, qum sit Vlixes hostis Aeneae? Asp. non indecore, sed patic*e et* | magnifice, quoniam eadem erroribus et periculis patiebatur Aeneas. |

693. Plemyrium undosum. Long. plemurium fuit emendatum Plemyrium promontorium Siciliae: dictum autem ἀπ/ὸ πλημυρίας [ideo] est, quod undique fluctibus undisque adluatur. Naxos prius appellata | Ortygia ———— ———— ———— esse dicta ab eo quod | Latona fugiens draconem Pythonem in coturnicem mutata, quae graece ὄρτυξ dicitur, in eam euolauerit. |

696. Duo ora habere hic fluuius dicitur, quorum alterum b
στόμα Ἀλφειοῦ, alterum *στόμα Ἀρεθούσης*. |

699. Saxa Pachyni. Pachynum promuntorium dictum, quod ibi propter — luus — densior sit aer. |

701. Apparet Camerina procul. Asp. Camerina Siciliae oppidum .... teret pestem — | [ensibus in ca ....c] exhaurire eam instituerunt, quae cum attingeretur, satis tetrum odorem red*didit*: | tum consilio capto ad oraculum Apollinis abierunt. *Ibi responsum a deo est ita*: *μὴ κίνει Καμερίν|αν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.* |

16. Troicis *supra lineam scriptum est.* 247, 1. pathetice *coniecit Maius, fortasse* poetice. 4. *ΠΛΗΜΥΡΕΑΝ codex*, *πλημύρειν Maius.* Nassos *codex.* 5. apposita *inter* Ortygia *et* esse *legit Maius.* 7. *ΑΛΦΕΟΥ et ΑΡΕΘΟΥΣΕΣ codex, correxit Maius.* 11. Ibi *legit Maius: undetriginta litteras abesse notaui.* 12. *Nihil certo cognoui, quamquam uidebatur aliquid scriptum esse. Ceterum cf. Zenob. prou. cent.* 5, 18.

247* a 705. *Palmosa* Selinus. Longus: quasi Opuns, Amathus, unde Selinuntii quasi Opuntii et Amathuntii dicuntur. | Selynas .... Olympionicas multos fuisse adfirmat Milestos. |

b 707. Hinc Drepani me portus ———— ———— cum X castraret | patrem suum Caelum [aliis] ———— ———— tudine quod ad bracchia X | falcis imagine C. Fannius in VIII annali Drepanum modo, modo Drepana appellat. ||

211 a 4, 146. Pictique Agathyrsi. Asper: pictos, stigmosos, ut pictosque Gelonos in Protesilaodamiae ac papyrin — | haec terga habeant stigmata. Scaurus: Cretes, quia responso accepto ex insula Creta profec*ti esse* | et ducem secuti Delphum Phocidam tenuisse dicuntur adque ab eo se Delphos nominasse, ut Phalarch*us ait.* |

b 149. Haud illo segnior. Longus: segnior deformior accipiendum, siquidem segnis est sine igne, id est frig*idus.* | Nam et formonsum non aliunde dicimus, quam a calido: formum enim dicebant antiqui calidum, un — | h ———— ———— ———— segnem pro deformi — | dicitVe r-gilius. ||

211* a 158. Votis optat aprum. Long. indolem pueri uult ostendere, ut merito in VIIII Numanum | occidisse uideatur. ||

216 a 176. Primo propter metum parua, mox ubi ualere iam coepit, laeta sublimitate procera famosum u[oce] *caput* | sideribus audet inserere. |

178. Illam terra parens ira inritata. Cornutus .... posset. Asp. an*imo inritato* | in deos saeuire famam creauit, per quam quia introducuntur inuicem certantes et adulter*asse deos inter se* | et belligerasse', haec nobis innotescerent. Famam Vergilius singulariter, aut Sa*ll. dixit plu*|rali numero, ut in primo historiarum: at per omnem prouinciam magnae atque atr*oces famae ibant*, | qum ex

247*, 2 multo *in codice esse ait Maius.* 3 — 5 *ita euanuerunt, ut uix quae Maium secutus dedi cognosci queant.* 211, 1. *G.* 2, 115. 3. *Fortasse* Philarchus: *Maius coll. Seru. in Aen.* 3, 335 *suspicatur legendum* Alexarchus. 211*, 1 optata parum *codex.* *A.* 9, 633. 216, 5. *Pro* aut *legendum est* ait *uel* at.

suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia, nouas immanes *formas*, *fluctibus* | oceani *adpulsos* corporibus hominum uesci contenderent.|

179. *Extremam*: utrum pessimam? an eruditius sensit, ut legimus apud medicos, degenerar*e solere ulti*|mos partus? || 10

181. *Nocte uolat.* Hac mora distinguendum, ut sit eius 216*a
sententia et ordo talis, nocte quidem uolat, ad lucem | *autem quasi* custos omnis euentus tecti summi sedet culmine. ||

5, 78. Vt Quae sors prima dedit sanguis nouus imbuit 227 a
arma. |

80. Salue sancte parens. Catullus, Saluete deum gens b
o bona matrum progenies saluete iter —| ——————————
—————— sancte parens iterum quia — | salutauerat qum ad sepulturam mitteret, ut facit in XI Pallanti, Salue aeternum mihi, m*axime Palla*, | aeternumque uale 5
.... ssu dicitur Sall. in.. — | eo redeunte domum salutaret apud aedem Bellonae Homerus | nequicquam inquiunt quod ha*ec quamquam* | habent solacium aliquod ad dolorem, non adfertur tamen remedium aliquod poste*a*, *Non licu*|it fines Italos fataliaque arua nec tecum Ausonium q. e. q. t. |

81. In tria hominem diuidit, animam quae in caelum abit, 10
umbram quae ad inferos, corpus quo*d traditur* sepulturae.|

84. Adyta dicuntur | proprie | deorum in tem|plis, sed 15 c
de Anchi|sae tumulo di|xit, qui fuit sanctus. ||

93. Altaria, limina, ut Paterisque altaria libant et, Aspice 227* a
corripuit tremulis altaria | *flam*mis Pacuuius in *m*edio uitam propagans ex ar*is et* altaribus

